This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

## Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

## About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

WIDENER LIBRARY
HX JA85 6
Digitized by Google

Gt 59.14.

SIGILL: COLL: HARVARD: CANTAB: NOV: ANGL: 1650.
CHRISTO ET ECCLESIAE

TRANSFERRED FROM THE

Divinity School Library,

10 Feb. 1881.

RECEIVED FROM

Prof. Norton.

18

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

ΤΙΜΑΙΟΥ ΣΟΦΙΣΤΟΥ

# ΛΕΞΙΚΟΝ ΠΕΡΙ ΤΩΝ ΠΑΡΑ ΠΛΑΤΩΝΙ ΛΕΞΕΩΝ.

TIMAEI SOPHISTAE

# LEXICON VOCUM PLATONICARUM.

*Ex Codice MS. Sangermanenſi nunc primum edidit, atque animadverſionibus illuſtravit*

DAVID RUHNKENIUS.

*Editio ſecunda, multis partibus locupletior.*

*LUGDUNI BATAVORUM,*
APUD SAMUELEM ET JOANN. LUCHTMANS,
M D C C L X X X I X.

Digitized by Google

Gt 59.14

Digitized by Google

*PLURIMUM REVERENDO ATQUE ERUDITISSIMO*

V I R O,

HENRICO GALLY, S. T. P.

CANONICO NORWICENSI ET GLOCESTRIENSI, RECTORI SANCTI AEGIDII IN CAMPIS, MAGNAE BRITANNIAE REGI A SACRIS, ETC.

S. P. D.

DAVID RUHNKENIUS.

Quadriennium prope eſt, cum Joannem Albertum, V. C. tum gravi morbo miſere afflictum, pro artiſſima,



DIVINITY SCHOOL
LIBRARY.
HARVARD UNIVERSITY

ma, quae mihi cum eo intercedit, neceſſitudine ad Fontes Spadanos comitabar. Cujus itineris duplicem uberrimumque fructum me cepiſſe, non mediocri cum voluptate recordor. Nam primum, quid jucundius mihi magisque exoptatum eſſe poterat, quam cariſſimum Muſis animoque meo hominem corporis vires, quas vis morbi fregerat & debilitarat, ſalutarium aquarum uſu recuperaſſe? Tum, quanta in felicitatis parte me ponere exiſtimas, per hanc occaſionem auſpicato notitiam inter nos eſſe contractam? Profecto nunquam ille dies memoria excidet mea, cum caſu & fortuitu in Te incidens, ignotus in ignotum, ne-

Digitized by Google

neſcio quem de literis noſtris ſermonem inferrem; tuque ſtatim oculis, vultu, oratione eum laudatarum artium amorem ac ſcientiam proderes, nihil ut tam ardenter cuperem, quam ad intimam Tuam, ſi fieri poſſet, conſuetudinem & familiaritatem admitti. Ac facilem mihi aditum reddidit ſive promta humanitas Tua, ſive morum ſtudiorumque ſimilitudo. Ex eo tempore nullus temere dies praeteriit, quin, quoad licuit, in amoeniſſimis ad fontem Geronſteram ambulacris de divinis humanisque literis ſermones inter nos haberemus. Hic in Te cognovi admirabilem quandam doctrinae de Graecis Latinisque

fontibus ductae copiam, eandemque cum acerrimo omnis elegantiae ſenſu conjunctam. Quod meum de Te judicium alter congreſſus noſter, cum ſuperiore anno Bataviam viſebas, plane confirmavit. Jam quid dicam de ſingulari, quo flagras, bene de literis merendi ſtudio, in quo Tibi comparare poſſum perpaucos, anteponere neminem? Non eſt, quod hujus rei argumenta repetam altius. Vel hunc *Timaeum* teſtem cito, quem, nullo merito meo provocatus, cum Pariſiis ageres, ex bibliothecarum latebris protractum, & quam fieri poterat accuratiſſime deſcriptum, mihi edendum conceſſiſti. Ac tantum abeſt,

Digitized by Google

eſt, ut aut ſtudium literas juvandi Tuum, aut erga me liberalitatem intra hos fines continueris, ut ſubinde alias veteris aevi reliquias, cum ex Tua, tum ex publicis Angliae bibliothecis depromptas, non mihi tantum, ſed amicis etiam meis, earumdem literarum amore captis, prolixe ſuppeditaris. Plurimum quidem ornamenti Tibi aliquando debebunt *Herodotus*, *Orpheus*, *Phalaris*, aliique. Ego vero cum nihil aliud habeam, quo tot tam luculenta, in me collata, beneficia remunerer, Tuum Tibi remitto *Timaeum*, a me, ut facultas tulit, expolitum. Hunc igitur explicata fronte, velim, accipias,

Ti-

Digitized by Google

Tibique perſuadeas, neminem eſſe, vel unquam fore, qui liberalitatem Tuam aut gratiore animo proſequatur, aut libentius crebriusque dilaudet. Vale. Dab. Lugduni Batavorum, Kalendis Maji, MDCCLIV.

PRAE-

Digitized by Google

# PRAEFATIO.

## AEQUO ATQUE ERUDITO

# LECTORI.

Conſtat inter omnes bene dicendi magiſtros, *Platonem*, pro tali ingenii magnitudine, non tenue, & de medio ſumtum, ſed grande & magnificum dicendi genus eſſe ſecutum. Nec inter ipſos Veteres defuerunt, quibus hoc nomine poëtae, quam proſae orationis ſcriptori, ſimilior videretur. *Quinctilianus* X.* 1. p. 501. *Plato praecipuus eſt eloquendi facultate divina quadam & Homerica. Multum ſupra proſam orationem ſurgit.* Gravitatem vero &



tan-

Digitized by Google

tanquam auctoritatem ſcriptis ſuis conciliabat verbis antiquis, & a vulgi familiaritate ſejunctis. Vide *Dionyſ. Halic.* de Compoſ. p. 28. Quae γλῶσσαι vel λέξεις, ut a veteribus Criticis appellantur, cum ipſis Graecis, florente quidem adhuc lingua, veruntamen aliquantum mutata, obſcuritate ſua moleſtae eſſent: Grammatici operae pretium ſe facturos exiſtimarunt, ſi illis ſigillatim interpretandis *Platonis* lectionem faciliorem redderent. In quo genere non quidem *Plutarchus*, ut, re parum explorata, ſcribit *J. Potterus* ad *Clem. Alex.* Strom. V. p. 680. ſed aliorum elaboravit induſtria. Primus, quod ſciam, *Platonis* ſtudioſis tale praeſidium paravit *Harpocration*, Argivus, Caeſaris familiaris, quem, *Suidas* narrat, λέξεις Πλάτωνος ἐν βιβλίοις δυσὶν edidiſſe. Ex eodem *Suida* v. ζάλη, v. Ἥρας ἦ δ', v. παλίμβολος, & *Etymol. M.* p. 407. 37. intelligere licet, in iisdem *Platonicis* gloſſis illuſtrandis *Clementem* verſatum eſſe: qui, teſte *Suida* v. κλήμης, etiam ſcripſit πρὸς ἱερώνυμον περὶ τῶν Ἰσοκρατικῶν σχημάτων, diverſus, mea ſententia, a Romanae hiſtoriae ſcri-

ſcriptore homonymo, etſi *Suidas* utrumque confudit. Majore apparatu videtur eandem rem egiſſe *Boëthus*, cujus duplex huc pertinens ſcriptum recenſet *Photius* Biblioth. Cod. CLIV. Ἀνεγνώσθη ἐν τῷ αὐτῷ τεύχει, καὶ Βοηθοῦ λέξεων Πλατωνικῶν συναγωγὴ κατὰ στοιχεῖον, πολλῷ Τιμαίου συναγωγῆς χρησιμώτερον· προσφωνεῖ δὲ Μελάντᾳ τινὶ τὸ συνταγμάτιον. De altero ſcripto idem Cod. CLV. Συνετάγη δὲ αὐτῷ (Βοηθῷ) καὶ ἕτερόν τι Ἀθηναγόρᾳ προσφωνούμενον σπουδασμάτιον, ὃ περὶ τῶν παρὰ Πλάτωνι ἀπορουμένων λέξεων ἐπιγέγραφε· ὧν εἴ τις τὰς λέξεις εἰς ἓν συναγάγοι, συνεντάσσων καὶ τὰς συνηγμένας Τιμαίῳ, ἀπηρτισμένην παράσχοι τὴν ὠφέλειαν τοῖς τὰ Πλάτωνος ἀναγινώσκειν ἐθέλουσιν. Vide *Menag.* ad *Diog. Laërt.* III. 63. & *Fabric.* Biblioth. Graec. L. IV. c. 36. p. 582. At enim, eum & *Harpocrationis*, & *Clementis*, & *Boëthi* libri communi literarum naufragio perierint, nihil aliud ſupereſt, niſi ut hanc bonis literis tam gravem jacturam, ſi minus totam, certe ex aliqua parte, *Timaei* Lexico reſarciamus. Hoc opuſculum *Photius* Cod. CLI. ita deſcribit: Τιμαίου Λεξικὸν περὶ τῶν παρὰ Πλάτωνι λέξεων. Ἀνεγνώσθη Τιμαίου πρὸς Γεντιανὸν

περὶ τῶν παρὰ Πλάτωνι λέξεων κατὰ στοιχεῖον βραχὺ πονημάτιον ἐν ἑνὶ λόγῳ. Ipſius *Timaei* memoria non minus obſcura eſt, quam *Gentiani*, cui libellum inſcripſit. Nec ullum, ne tenue quidem, veſtigium, ex quo, qua aetate vixerit, conjecturam capias, ejus Lexico impreſſum reperitur. *Jo. Meurſius* ad *Nicomach.* Harmon. p. 169. Lexici auctorem eſſe credit *Timaeum*, Locrum, philoſophum Pythagoricum, cujus extat libellus περὶ φύσεως. Quod commentum quoniam abſurdius eſt, quam ut refutari debeat, verbo ſatis ſit indicare. Non melior eſt ratio *Jo. Jonſii* de Scriptor. Hiſt. Philoſ. I. 6. idem opuſculum *Timaeo*, Cyziceno, *Platonis* diſcipulo, quem *Demochares* apud *Athen.* XI. p. 509. A. commemorat, tribuentis. Audierit iſte *Platonem*. Num iccirco libros ſcripſit, aut *Platonis* gloſſas explicuit? Tali Grammaticorum praeſidio non illa aetas, ſed multo poſterior, cum lingua Attica minus celebrari coepiſſet, indigebat. At, dicat aliquis, quid in aetate *Timaei* quaerenda laboras, cum ipſe, v. οὐχ ἥκιστα *Porphyrium* laudans, ſe oſtendat poſt *Porphyrium*

*rium* vixiſſe? Ego vero vellem, tam certis argumentis ejus aetatem conſtituere poſſem, quam illum locum manifeſtae νοθείας coarguere. Primum *Timaeus*, pro ſuo brevitatis ſtudio, parciſſime aliorum utitur teſtimoniis, nec niſi in reconditioris ſignificationis verbis, e. g. Σιαύρα & Σφριγῶντες. Atqui quam ineptum & ridiculum fuiſſet, ad formulam οὐχ ἥκιστα probandam, cujus viginti & ſeptem exempla in *Platone* reperiuntur, alium potius, ac *Platonem* ipſum, adhibere auctorem? Sed fac, eum in re tam levi alterius etiam ſcriptoris auctoritate uti voluiſſe, laudaſſetne, aliorum more Grammaticorum, *Thucydidem*, *Xenophontem*, *Demoſthenem*, horumque ſimiles? At laudatur *Porphyrius*. Qui tandem ſcriptor? Nempe is, cui rerum abſtruſarum ſcientiam tribuunt omnes, ſcribendi elegantiam nemo. Nec quisquam unus, ſi *Suidae* & *Thomae* M. ſtuporem exceperis, Atticas formulas *Porphyrii*, ſimiliumque ſcriptorum auctoritate unquam probavit. Ergo relinquitur, ut *Porphyrii* locum, ſicut plures alios aliorum, ab inepta manu in *Timaei* Lexicon intruſum

eſſe ſtatuamus. Etſi vero ſic ſatis demonſtravimus, *Timaeum* nullam *Porphyrii* feciſſe mentionem, neque adeo quicquam ex iſta temporis nota effici poſſe: ſuſpicamur tamen, illum eodem, quo *Porphyrium*, ſeculo, id eſt, tertio floruiſſe. Haec enim aetas, Sophiſtarum feraciſſima, praeter *Porphyrium*, tulit *Longinum*, *Plotinum*, *Boëthum*, *Jamblichum*, multosque alios, omnes ſtudio *Platonis* incenſos, ejusque philoſophiam & ſcriptis & ore propagantes. Horum igitur exemplo *Timaeus* excitatus, tentavit & ipſe difficultatem, quae ex gloſſis in *Platone* intelligendo naſceretur, quantum in ſe eſſet, edito hoc libello minuere. Praeter Λέξεις Πλάτων☉ *Timaeus* alterum etiam grandioris molis librum ſcripſiſſe videtur, Συλλογὴν ῥητορικῶν ἀφορμῶν, βιϐλία ξή. Quem quidem *Suidas* tribuit *Timaeo*, Tauromenitae, Hiſtoriarum ſcriptori nobiliſſimo. Sed nemo, ſemel monitus, dubitabit, quin hoc ſcriptum ad juniorem noſtrum *Timaeum* referendum ſit: quippe in hujusmodi argumentis Sophiſtarum diligentia verſari ſolebat. *Suidas* autem quoties

ties ſcriptores homonymos confuderit, nemo neſcit. Sequitur, ut de ipſo *Timaei* Lexico dicamus. Parum liquet, utrum ita, ut nunc a nobis profertur, ab auctoris manu profectum ſit, an integrius locupletiusque? Ex MS. noſtri inſcriptione, Τιμαίου σοφιστοῦ ἐκ τῶν τοῦ Πλάτωνος λέξεων, colligeres, majoris operis excerptum eſſe, niſi *Photius* quoque exiguae molis libellum tractasſet. Vocat enim πονημάτιον βραχύ. Inſcriptionem vero forſitan ita refingere malis: Τιμαίου σοφιστοῦ λεξ. (i. e. λεξικὸν) τῶν τοῦ Πλάτωνος λέξεων. Quod ut in medio relinquimus, ita vehementer dolemus, libellum praepoſtera neſcio cujus diligentia interpolatum eſſe, ſtultiſſimoque conſilio cum aliorum, tum *Herodoti* inprimis, gloſſis amplificatum. Vide v. Ἀγαθοεργοί, Ἀμφικτύονες, Γεωπεῖναι, Ἐνωμοτία, Ζειρά, Κνάφος, Πατρούχου παρθένου, Πίλοι, &c. Quae omnia ex *Herodoto* huc eſſe derivata, tam manifeſtum eſt, ut, ſi quis illa in *Platone* quaerere inſtituat, doctorum hominum irriſione ludendus ſit. Ex aliis ſcriptoribus adſperſae ſunt voces, Ἐφέται, [illegible]. Κωλαγρέται, Σκιρῖται, &c.

Eas

Eas quoque undelibet potius, quam ex *Platone* manaſſe, poſito pignore contenderim. Satis jam, puto, intelligunt harum literarum periti, ſic nobis ex parte praeclarum fructum, qui ex hoc Lexico ad ipſum *Platonem* pervenire debebat, interceptum eſſe. Nam quamvis illud non tam ad emendandum, quam ad illuſtrandum *Platonem*, ab auctore comparatum ſit, nobis tamen, qui Philoſopho minus integro, quam tum erat, utamur, magno hoc opuſculum adjumento poterat eſſe ad loca depravata indaganda, priſtinoque nitori reſtituenda. Nunc autem, cum incertum ſit, utrumne gloſſa, quam reſtituere velis, ex *Platone* hauſta ſit, an ex alio ſcriptore: quis hujus Lexici auctoritate *Platonem* refingere audeat? Quibus de cauſſis, tametſi non deërant conjecturae, rariſſime tamen, *Timaeo* duce, *Platonem* tentavimus, nec fere, niſi aliorum Grammaticorum conſenſus acceſſiſſet. Vel ſic tamen eſt, quod nobis gratulemur, *Timaeum* importunam cladem, quae alios in eodem argumento verſatos oppreſſit, feliciter evaſiſſe. Multi enim *Platonis* loci re-

Digitized by Google

rectius, quam ante, per illum intelliguntur: multae lectiones, ab ingenioſis hominibus perperam ſollicitatae, egregie confirmantur. Potuerat quidem hoc argumentum latius & majore cum eruditionis ubertate tractare, ut *Erotianum* in *Hippocratis* Lexico, & *Harpocrationem* in X. Rhetorum, feciſſe videmus: niſi ipſe fortaſſe *Galenum* imitari maluerit, qui, poſt eruditiſſimam operam aliorum, non dubitavit *Hippocratis* gloſſas nude, nec adſcita aliunde eruditione, enarrare. Sed, utcunque eſt, jure *Dan. Heinſius* ad *Maxim. Tyr.* Diſſ. VIII. p. 52. *Timaei* deſiderium his verbis jam olim oſtendit: *Haec pluribus praeter morem & inſtitutum noſtrum perſecuti ſumus, ut ſtudioſi Platonis, non opiniones tantum, ſed & voces* τὰς τῷ ἀνδρὶ ἐν χρήσει *diligenter obſervent. Quodſi exſtaret Timaeus, & tot illi Lexicographi Platonici, quorum cum alii, tum Photius meminerunt, facile hoc labore ſuperſederemus. Nunc e tot illis ne unus quidem nobis relictus eſt, de quo ſaltem illud poëtae uſurpare liceat,* χείλεα μέν τ' ἐδίην', ὑπερῴην δ' οὐκ ἐδίηνε. At

 enim

enim cum omnes hunc libellum temporis injuria deperditum crederent, ecce! *Bernardus Montfauconius*, vir praeclaris in rem literariam meritis inſignis, in Bibliotheca Coiſliniana, nunc Sangermanenſi, *Timaei* Codicem reperit, ex eoque ſpecimen, quamvis minus accurate deſcriptum, in ejusdem Bibliothecae Catalogo p. 477. prodidit. Codex eſt membranaceus, X. ſeculi, elegantiſſimus, & praeterea continet *Apollonii* Lexicon *Homericum*, *Phrynichi* Σοφιστικὴν Προπαρασκευὴν, aliaque Gloſſaria. Ego vero cum hoc Lexicon multis de cauſſis digniſſimum judicarem, quod liberali manu aſſertum, tot ſeculorum vinculis liberaretur: petii a viro praeſtantiſſimo, *Henrico Galky*, qui tum Pariſiis degebat, ut, quacunque ratione poſſet, illius apographum ad me curaret. Quod conſilium ut acceperat *Claudius Sallierius*, ſingulare Galliae eruditae ornamentum, ſtatim, pro eximio ſuo literarum juvandarum ſtudio, amico noſtro veteris membranae copiam fecit. Magnum autem fortunae munus in eo poſuerim, quod deſcribendi provinciam humanis-

niſſime ſuſcepit cultiſſimi ingenii nec vulgaris eruditionis vir, *Joannes Capperonnerius*, eamque tam egregie adminiſtravit, nihil ut ſupra fieri poſſe videatur (*). Nactus igitur apographum, *Timaeum* cum *Platone* comparare, atque adeo ejus editionem curare coepi: in qua quae ſit a nobis ſervata ratio, paucis exponendum videtur. Codicem veterem, qui unicus nunc ſupereſt, ſumma repraeſentavi religione. Alterius Manuſcripti vicem ſaepius explerunt *Photius* MS. & *Suidas*, aliquando etiam *Etymologus M.* qui omnes bonam hujus Gloſſarii partem ad verbum deſcripſerunt, nomine auctoris ſuppreſſo. Quoties quam ſalutarem operam ſibi mutuo praeſtiterint *Timaeus* & *Suidas*, non ſine voluptate ex animadverſionibus noſtris cognoſces, ſimul admirans, Cl. *Kuſterum* ex tot *Platonicis* gloſſis, quas *Suidas* in farraginem ſuam congeſſit, vix unam alteramve ad

(*) Pauca, nec ea magni momenti, quae *Capperonnerius* neglexerat, Codice iterum excuſſo, Cl. *Villoiſonus* ad *Longum* p. 179. indicavit.

ad *Platonem* retuliſſe. *Photii* Lexicon ineditum evolvi apud virum ingenii, doctrinae, probitatis fama clariſſimum, *Joannem Albertum*, cui multis nominibus tantum debeo, quantum ab homine deberi homini plurimum poteſt. Porro ſuam cuique gloſſae ſedem aſſignavi; aliquas etiam latentes in lucem revocavi, atque e fuga retraxi. Qua tamen in re plus navare & efficere potuiſſem, niſi crebrae, de quibus modo dixi, interpolationes omne hoc conjecturarum genus anceps & lubricum reddidiſſent. Sed cum omnis haec opera ad *Platonem* emendandum illuſtrandumque comparata ſit, ſaepe de illuſtrioribus ejus locis diſputavi fuſius, inprimisque fontes, ex quibus poſteriores ſcriptores rivulos duxerint, diligenter indicavi. Equidem haud ſcio, utilitatisne plus habeat, an voluptatis, collatis inter ſe locis cognoſcere, quid quisque a *Platone* mutuatus ſit, & quo modo, quod *Platonis* erat, imitando fecerit ſuum. Qua de re pauca in univerſum juvat diſſerere. Vix quisquam poſt heroica illa tempora ad ſcribendum acceſſit,

Digitized by Google

ſit, quin ſe totum ad aliquem antiquiorum, qui omnium conſenſu ingenii ac doctrinae principatum tenerent, exprimendum imitandumque daret. Quemcunque vero ſibi delegiſſet, ejus non ſolum voces, formulas, complexionesque verborum, ſed ſententias etiam & bene dicta acerrimo conſectabatur ſtudio, in ſuccumque, quod ajunt, & ſanguinem vertebat. Sed ex illis Heroibus quatuor inprimis poſterior aetas & admirata eſt, & ad imitationem vocavit, *Homerum*, *Thucydidem*, *Platonem*, & *Demoſthenem*. Ab *Homero* quidem quot lumina ſententiarum, dicendique colores cum ipſe *Plato*, tum reliqui ſcriptores ſumſerint, quid attinet dicere? Ejus autem imitationem ut vel tiro deprehendat, ſic ceterorum, quos dixi, ne eruditiſſimus quidem, niſi diu multumque ſit in illorum ſcriptis volutatus. Horum bene cogitata & bene dicta ſi quis ita, ut digitos ſuos, noſcat, & in numerato habeat, illum, ajo, infinitis veterum ſcriptorum locis, vel depravatis adhuc poſſe mederi, vel lucem reddere obſcuris & parum intellectis. Quo magis autem *Plato* ce-



Digitized by Google

teros ingenio, ſcriptorumque multitudine vi-cit, eo plures nactus eſt imitatores. Ex hoc omnes, qui lautius quoddam dicendi genus ſecuti ſunt, mirifice profecerunt, Sophiſtae maxime; cujus rei luculenta ſpecimina in Animadverſionibus dedimus noſtris. Ex hoc *Themiſtius* & *Syneſius*, etiam poſt *Petavii* curas, centum amplius locis & ſanari poſſunt, & explicari. Ex hoc ſaepe & lumen & medicinam exſpectat *Philoſtratus*; qua de re *Gothofr. Olearius*, merito ab injuſta, quam apud cives ſuos obtinet, famae poſſeſſione depelli coeptus, ne per ſomnium quidem cogitavit. Ex hoc denique multis locis inſtaurandi explanandique ſunt *Dio Chryſoſtomus*, *Plutarchus*, *Maximus Tyrius*, *Julianus*, aliique. Quo magis his, qui altioris Critices ſtudio ducantur, dies noctesque elaborandum eſt, ut asſidua lectione in juſtam *Platonis* conſuetudinem veniant. Illuc revertor. In annotationibus noſtris non tantum de *Platone*, ſed de aliis etiam ſcriptoribus, ubi nos invitaret occaſio, bene mereri conati ſumus. In quo cum breviores esſe

ſe voluerimus, veremur, ut interdum tirones, vel mediocriter eruditi, rationes, quibus ad mutandum inducti ſimus, ſatis aſſequantur. Sed eos vehementer rogamus, ut judicium de correctionibus noſtris tantisper ſuſtineant, dum ad aliquam de his rebus pervenerint judicandi maturitatem. Ceterum annotationes noſtrae, ſi nulla alia re, certe hoc nomine multis gratiſſimae ſunt futurae, quod plurimas habeant quantivis pretii particulas, ex ineditis ſcriptoribus, qui rara felicitate ad nos pervenerunt, decerptas (*). Majus tamen, & haud ſcio an maximum, libello noſtro ornamentum adjecit *Tiberius Hemſterhuſius*, a cujus conſiliis praeceptisque, tanquam a fonte, quicquid ſum, me fluxiſſe profiteor. Hunc Belgii *Varronem*, quotiescunque abditum aliquod e tenebris eruendum eſſet, toties in conſilium adhibui: ex hoc multas & recondita plenas eruditione animadverſiones vel blan-

(*) Scriptorum ineditorum tanta ſeges poſt primam Editionem ſuccrevit, ut vere dicere poſſim, nullum dum hujus generis librum tot Anecdotis refertum prodiiſſe.

Digitized by Google

blande elicui, vel importune expreſſi. Neque in eo pietatem, qua illum haud ſecus, ac filius parentem, proſequor, mihi videor laeſiſſe. Etenim quo minus ipſe, quae divinitus excogitavit, in lucem proferre curat, eo magis mihi, ne illis literae noſtrae caerent, enitendum putavi. Ita vale, erudite Lector, ſciasque, me in excerpendis *Platonis* locis uſum eſſe Editione, quae Lugduni apud *Guil. Laemarium* a. 1590. excuſa eſt. Scripſi a. 1754. retractavi a. 1789.

# ΤΙΜΑΙΟΥ ΣΟΦΙΣΤΟΥ

## ΕΚ ΤΩΝ

## ΤΟΥ ΠΛΑΤΩΝΟΣ ΛΕΞΕΩΝ.

### ΤΙΜΑΙΟΣ ΓΕΝΤΙΑΝΩΙ [1]

εὖ πράττειν.

Ἐπιστάμενός σου [2] ἀκριβῶς τὴν γνώμην, [3] καὶ τὴν περὶ Πλάτωνα σπουδὴν καὶ φιλοκαλίαν, εἰωθώς τε τῇ τῶν Κρονίων [4] ἑορτῇ τῶν ἐμαυτοῦ τοῖς φίλοις ἀπάρχεσθαι παιδιᾷ [5] τε ἅμα καὶ τῇ τῆς παιδιᾶς ἀδελφῇ [6] σπουδῇ χρη-

1. ΓΕΝΤΙΑΝΩΙ] MS. Γαιατιανῷ. quod nomen cum Romanis inuſitatum ſit, Γεντιανῷ revocavi ex *Photii* Biblioth. Cod. CLI. ubi tamen *Hoeſchelius* edidit Γετιανῷ· *Schottus* in verſione, *ad Gentianum*. Inde Rhotom. Γεντιανῷ. Multi in antiquis monumentis memorantur *Gentiani*. Apud *Gruter*. p. CCCXII. I. occurrit *Terentius Gentianus*, Flamen Dialis. Alium *Te-*

χρησάμενος, ἐξέλεξα[7] τὰ παρὰ τῷ φιλοσόφῳ γλωσσηματικῶς, ἢ κατὰ συνήθειαν Ἀττικὴν εἰρημένα, οὐχ ὑμῖν μόνοις τοῖς Ῥωμαίοις ὄντα[8] ἀσαφῆ, ἀλλὰ καὶ

τ

rentium Gentianum, ſummis domi militiaeque honoribus functum, exhibet marmor apud *Murator.* p. MCXXII. 2. qui, haud ſcio, an diverſus ſit a *Terentio Gentiano*, cui reſcripſit Imp. Adrianus in Coll. Legg. Moſaic. & Roman. Tit. XIII. p. 780. ed. *Schulting. Q. Epidius Rufus Lollianus Gentianus* cum *Pomponio Baſſo* Conſulatum geſſit A. C. 211. cujus mentio eſt in inſcriptione Thyatir. apud *Peyſſonell.* p. 282. Vide *Reineſ.* Epiſt. ad *Rupert.* p. 571. & *P. Relandi* Faſt. Conſul. p. 118. *Aurelii Gentiani*, qui & *Zoſimus* dictus eſt, memoriam conſervavit lapis Graecus apud *Rich. Pocock.* Inſcr. Ant. p. 46. 15. Quis vero *Gentianus* noſter fuerit, non niſi *Timaei* aetate explorata indagari poterit.

2. Ἐπιστάμενος] MS. corrupte, Ἐπισταμένως.

3. Τὴν γνώμην] Lege, (σοῦ) τὴν γνώμην. *Montfauc.*

4. Κελνίων] Vox corrupta haud dubie videtur ex Κρονίων, *Saturnalium.* Ineunte quippe anno 16. Kalend. Januarii erant feriae Saturni, quae Saturnalia & Cronia vocabant, ut his *Lucii Accii* apud *Macrobium* verſibus docetur:

*Maxima pars Grajûm Saturno, & maxime Athenae*
*Conficiunt ſacra, quae Cronia eſſe iterantur ab illis.*

In more autem erat, ut amicis munuſcula tunc temporis mitterentur. Hoc porro munuſculum Gaiatiano mittit Timaeus. *Montfauc.*

5. Παιδιᾷ τι ἅμα] MS. παιδείᾳ τι ἅμα καὶ τῇ τοῦ παιδείας ἀδελφῇ σπουδῇ. Sed recepi quod placebat *Jac. Frid. Heuſingero* in literis ad me datis. Idem mox etiam ſcribebat, ἔξειν σε παιδιὰν οὐκ ἄμουσον, pro, ἐ. σ. παιδείαν οὐκ ἄμουσον, quod MS. habet. *Timaeus* hoc loquendi genus mutuatus eſt a *Platone* ſuo Ep. VI. p. 711. E. ἐπομνύντας σπουδῇ τε ἅμα μὴ ἀμούσῳ καὶ τῇ τῆς σπουδῆς ἀδελφῇ παιδιᾷ. ubi eodem errore παιδείᾳ legebatur ante *Wytten-*

τῶν Ἑλλήνων τοῖς πλείστοις, τάξας τε ταῦτα κατὰ στοιχεῖον, καὶ μεταφράσας ἀπέσταλκά σοι, νομίσας καὶ αὐτὸν ἕξειν σε παιδιὰν[9] οὐκ ἄμουσον. Ἔρρωσο.

*tenbachium* meum Epiſt. Crit. p. 14. Sic Legg. X. p. 666. B. παιδιὰς pro παιδείας bene reſtituit *Vigerus* ad *Euſeb.* P. E. XII. p. 621.

6. Τῆς παιδιᾶς ἀδελφῇ] Sic etiam *Plato* Polit. III. p. 439. E. ἡ βελτίστη γυμναστικὴ ἀδελφή τις ἂν εἴη τῆς ἁπλῆς μουσικῆς. *Sophocles* ap. *Stob.* p. 97. ἡ δὲ μωρία Μάλιστ' ἀδελφὴ τῆς πονηρίας ἔφυ. *Ariſtophan.* Pluto 549. Οὐκοῦν δήπου τῆς πτωχείας πενίαν φαμὲν εἶναι ἀδελφήν. *Philo* T. I. p. 658. τὴν ἀδελφὴν ἰατρικῆς τέχνης ἀλειπτικήν. T. II. p. 383. τὴν δὲ εὐσεβείας συγγενεστάτην καὶ ἀδελφὴν, καὶ δίδυμον ὄντως, φιλανθρωπίαν. *Petron.* cap. 84. *Neſcio quo modo bonae mentis ſoror eſt paupertas.* Plura cumulare nihil attinet.

7. Ἐξέλεξα τὰ] MS. ἐξελέξατο.

8. Ὄντες] Lege, ὄντα. *Montfauc.*

9. Παιδιὰν οὐκ ἄμουσον] Hoc quoque a *Platone* ſumtum eſſe, modo vidimus. Phaedro p. 342. B. ἐπέμιξεν ἡ φύσις ἡδονήν τινα οὐκ ἄμουσον. Quod *Platonis* imitatoribus valde placuit. Vide *Wyttenbachium* l. c. Ceterum παιδιὰν pro παιδείαν plane confirmat ſimilis locus *Phrynichi* apud *Phot.* Cod. CLVIII. p. 323. τὸν λόγον Ἀριστοκλεῖ τινι γράφει, παιδιάν τινα τῇ γενεθλίῳ ἡμέρᾳ τοῦ Ἀριστοκλέους ἁρμόττουσαν φιλοτιμούμενος γενέσθαι τὴν γραφὴν, καὶ συμπαίστην ὑπάρχειν αὐτόν.

# A.

Ἀγαθοεργοί[1]. αἱρετοὶ κατ' ἀνδραγαθίαν.

Ἄγα-

1. Ἀγαθοεργοί.] *Platonicis* hiſce Gloſſis a manu inepte ſedula admiſtas eſſe alias aliorum, maxime *Herodoti*, ſatis mihi videor in Praef. demonſtraſſe. Ἀγαθοεργὸς certe nec *Plato* commemorat, nec ullus, quod ſciam, veterum ſcriptorum, praeter *Herodotum*, qui eos I. 67. accurate deſcribit: ἐς τὸν δὴ Λίχης τῶν ἀγαθοεργῶν καλεομένων Σπαρτιητέων ἀνεῦρεν. Οἱ δὲ ἀγαθοεργοί εἰσι τῶν ἀστῶν, ἐξιόντες ἐκ τῶν ἱππέων αἰεὶ οἱ πρεσβύτατοι, πέντε ἔτεος ἑκάστου. τοὺς δεῖ τοῦτον τὸν ἐνιαυτὸν τὸν ἂν ἐξίωσι ἐκ τῶν ἱππέων, Σπαρτιητέων τῷ κοινῷ διαπεμπομένους, μὴ ἐλινύειν ἄλλους ἄλλῃ. Lexicon Rhetor. MS. fere conſentiens cum *Heſychio*: Ἀγαθοεργοί εἰσιν, οἱ ἐκ τῶν ἱππέων ἐξιόντες, ε ἑκάστου ἔτους, ὡς Ἡρόδοτος. ἢ οἱ τῶν ἀρχόντων ὑπηρέται. ἢ οἱ ἀγαθόν τι ἐργασάμενοι. Lexicon Sangermanenſe MS. Ἀγαθοεργοί. Ἀττικοὶ τοὺς ἀγαθὸν ἐργασαμένους τι. ἔστι δὲ καὶ ἀρχή τις ἐν Λακεδαίμονι οἱ Ἀγαθοεργοί. ἄρχουσι δὲ τῶν ἐξ καὶ τῶν ἐν τῇ πόλει, καὶ τῶν ἔξω τῆς πόλεως παρεχονημησάντων, ὡς φησὶ Δίδυμος ἐν τῇ τραγικῇ λέξει. ubi expunge τῶν ἐξ, temere natum ex ſequentibus. Ἀγαθοεργοῖς ſimiles fuerunt Στατοί, etiam ab *Heſychio* commemorati. Lexicon Rhetoric. MS. Στατῶν. ἄρχοντές εἰσιν παραπλησίαν ἔχοντες τοῖς Ἀγαθοεργοῖς ἀρχήν. Ceterum hanc inſititiam gloſſam, ut alias ex *Timaeo* plures, in Lexicon ſuum tranſtulit *Suidas*. Sed quod ibi additur, ἐκ Ἐφόρων, mendoſum eſt. Id cum non feſelliſſet *Kuſterum*, ὑπ' Ἐφόρων correxit, ut ſenſus ſit, Agathoergos ab Ephoris ex Equitum numero delectos fuiſſe. Nihil verius. Atque hanc emendationem prorſus confirmat varians lectio, quam in margine *Suidae* ſui, qui nunc penes Cl. *Santenium* eſt, notarat *J. Gronovius*: Ἀγαθοεργοί, αἱρετοὶ κατ' ἀνδραγαθίαν ἐκ τῶν ἱππέων ὑπ' Ἐφόρων.

2. Ἄγαλμα.] Ἀγάλλειν proprie eſt *nitidum reddere, ſic aliquid exornare, ut oculos grata ſui ſpecie exhilaret*: quam notionem pulcre, ut omnia, explicat *Hemſterhuſ.* ad *Thomam Mag.* in v. Lexicon Sangerm. MS. Ἀγῆλαι. τιμῆσαι θεόν, ἀγλαΐσαι. ἔστι δὲ ἡ λέξις τῶν παλαιῶν Ἀττικῶν καὶ Ἀγήλω, καὶ Ἀγαλῶ.

Ἄγαλμα [2]. πᾶν ἀνάθημα.

Ἀγα-

λοῦμεν ἱερεῖς, καὶ Ἤγαλλε, καὶ Προσαγαλλεῖ τὸν θεὸν, ἀντὶ τοῦ, εὔχεται καὶ τιμήσει. καὶ Ἄγα, ἀντὶ τοῦ, τιμᾷ. τό, τε οὖν Ἄγειν, καὶ τὸ Ἀγῆλαι, Ἀττικά. ἀλλὰ τὸ μὲν Ἄγειν πολιτικόν· τὸ δὲ Ἀγῆλαι κωμῳδικὸν, καὶ ἐγγὺς γλώττης. Φεύγειν μὲν οὖν χρὴ τὸ τῶν γλωττῶν, εἰδέναι δὲ, εἰ ἡ ἀρχαία φωνὴ, καὶ σπουδὴ σεμνότητος λόγων, χρήσαιο τῷ τοιούτῳ χαρακτῆρι τῶν ὀνομάτων, φησὶν ὁ Φρύνιχος. (ſcilicet in *Apparatu Sophiſtico* pleniore, quam nunc ſupereſt.) Εὔπολις δὲ τῷ Ἀγῆλαι ἐχρήσατο ἐν Δήμοις· Ἀγαθῶμεν νῦν καὶ ἡμεῖς τούτοις τὰς διττὰς εἰρεσιώνας, Καὶ προσαγήλωμεν ἐπελθόντες. Ἀριστοφάνης· (*Pace* 395. ubi vide Berglerum) Καί σε θυσίαισιν ἱεραῖσι, προσόδοις τε μεγάλαισι ἰδίᾳ πάντες, ὦ Πότνια, ἀγαλοῦμεν ἡμεῖς ἀεί. Ἕρμιππος Ἀρτοπώλισι· Φέρε νῦν ἀγήλω τοὺς θεοὺς, οἵους ἐγὼ, καὶ θυμιάσω τοῦ τέκνου σεσωσμένου. Θεόπομπος Πηνελόπῃ· Καί σε τῇ νουμηνίᾳ Ἀγαλματίοις ἀγαλοῦμεν ἀεὶ καὶ δάφνῃ. E Comicorum teſtimoniis, ab hoc Grammatico allatis, quaedam ſunt apud *Suid.* *Etymol. M.* in v. & Scholiaſt. ad *Euripid.* Med. 1027. ex quo in *Hermippi* fragm. legendum eſt: Φέρε νῦν ἀγήλω τοὺς θεοὺς ἰῶσ' ἴσα. Vide *Kuſterum* in Addendis ad *Suid.* v. Ἀγῆλαι. Idem Scholiaſtes *Phrynichum* de hoc verbo laudat, non Comicum, ut viri docti putarunt, ſed Atticiſtam, ut nunc e Grammatico MS. intelligitur. Ἀγαλοῦμεν ex *Ariſtophane*, vel *Theopompo* habet *Suidas* v. Ἄγανον· Ἀγαλοῦμεν, ἀντὶ τοῦ, κοσμήσομεν. Sic enim ſcribendum. Prave editur Ἀγανοῦμεν. Sed nimis diu nos tenuit Gloſſa Grammatici Sangerm. Vim verbi ἀγάλλειν retinet inde ortum ἄγαλμα, recteque adeo ab antiquis Grammaticis exponitur καλλώπισμα πᾶν, ἐφ' ᾧ τις ἀγάλλεται καὶ χαίρει. Qua ſola notione ab *Homero* poſitum eſſe, vere monet *Euſtath.* ad Od. Γ. p. 1467. Inſignis locus eſt *Suidae*: Ἀγάλματα. πάντα τὰ κόσμου τινὸς μετέχοντα. Ὅμηρος· βασιλῆϊ δὲ κεῖται ἄγαλμα. καὶ Ἡσίοδος τὸν ὅρμον ἄγαλμα καλεῖ. Πίνδαρος δὲ τὴν ἐπὶ τάφου στήλην οὕτω καλεῖ. Εὐριπίδης τὸν ἐπὶ νεκροῖς κόσμον. *Alcaeus* apud *Athen.* XIV. p. 627. B. galeas vocat ἀνδρῶν ἀγάλματα. vetus ſcriptor ap. *Euſtath.* ad Od. Θ. p. 1608. ſtellas ἀγάλματα νυκτός· plane ut *Moſchus* Eidyll. VII. 2.

2. Ἕσπερε, κυανέας ἱερὸν φίλε νυκτὸς ἄγαλμα. Tragici ſaepe liberos dicunt parentum ἀγάλματα, *delicias*, *oblectamenta*, ut *Euripides* Supplic. 367. ubi vide *Marklandum*. *Charito* I. p. 1. Καλλιῤῥόην, ἄγαλμα τῆς ὅλης Σικελίας. ubi plura *Dorvillius*. Sed, quoniam in ſtatuis praecipuum ornamentum eſt, ἄγαλμα proprie de his uſurpari coepit. *Plato* Menon. p. 23 F. Ὅτι τοῖς Δαιδάλου ἀγάλμασιν οὐ προσέσχηκας τὸν νοῦν Phileb. p. 83. F. ὡς ἔστι τινῶν ποιμένων ἔργον τὸ καθορώμενον ἄγαλμα. Charm. p. 236. A. ἀλλὰ πάντες ὥσπερ ἄγαλμα ἐθεῶντο αὐτόν. quod imitando ſic expreſſit *Julianus* Or. III. p. 123. ἐπειδὴ πρῶτον εἰς ὄψιν ἐκείνης ἦλθον, ἐδόκουν μὲν ὥσπερ ἐν ἱερῷ καθιδρυμένον ἄγαλμα σωφροσύνης ὁρᾷν. item *Syneſius* Epiſt. I. ὥσπερ ἀγάλμασιν ἐνατενίζειν τοῖς βρέφεσιν, ἀγαμένας τοῦ κάλλους. Saepe veteres ſcriptores ἀγάλματα a *picturis* diſtinguunt, ut *Empedocles* apud *Porphyr.* de Abſt. Anim. L. II. p. 67. *Plutarch.* Lycurg. p. 43. B. Neque tamen perpetuum hoc diſcrimen eſt. Grammaticus Sangerm. MS. Ἄγαλμα καὶ γραφὴν καὶ ἀνδριάντα, ἀδιαφόρως. Ἀντιφάνης Ζωγράφῳ. quam gloſſam etiam *Suidas* prodit, ſed reſecta veteris Comici auctoritate. *Euripid.* Helen. v. 269. *Anaxandrides* apud *Athen.* XIV. p. 655. A. Inprimis autem frequens hujus vocis uſus eſt de *donariis numini alicui conſecratis*, & de *Deorum ſimulacris*: quem cum hic reſpexerit *Timaeus*, nonnulla ex *Platone* exempla adſcribamus. Protag. p. 198. B. καὶ ἐπιχειρεῖ βωμούς τε ἱδρύεσθαι καὶ ἀγάλματα θεῶν. Sympoſ. p. 333. A. ἔνδοθεν ἀγάλματα ἔχοντες θεῶν. ibid. F. p. 335. G. Crit. p. 560. A. 562. F. ibid. G. πολλὰ δὲ ἐντὸς ἄλλα ἀγάλματα ἰδιωτῶν ἀναθήματα ἐνῆν. Legg. XI. p. 682. G. ὡς οὐδὲν πρὸς θεῶν τιμιώτερον ἄγαλμα ἂν κτησαίμεθα πατρός. quae cum exſcriberet *Pempelus* apud *Stob.* p 680. ξόανον pro ἄγαλμα ponere maluit. Legg. XII. p. 691. G. θειότατα δὲ δῶρα, ὄρνιθές τε καὶ ἀγάλματα, ὅσαπερ ἂν ἐν μιᾷ ζωγράφος ἡμέρᾳ εἷς ἀποτελῇ. Vertit *Cicero* de Legg. II. 18. *Diviniſſima autem dona, aves, & formae ab uno pictore uno abſolutae die.* Atque hic non eſt praetermittenda alia vocis vis, *Platoni* propria. Is enim *totam rerum creatarum univerſitatem* ἄγαλμα τοῦ θεοῦ vocat. Tim p. 529. C. ὡς δὲ κινηθέν τε αὐτὸ καὶ ζῶν ἐνόησε τῶν ἀϊδίων

δίων θεῶν γεγονὸς ἄγαλμα ὁ γεννήσας πατήρ. quod imitatus eſt *Julian.* Ep. 51. p. 434. Epinom. p 701. H. ἢ γὰρ θεὺς αὐτὺς ταῦτα ὑμνητέον ὀρθότατα, ἢ θεῶν εἰκόνας, ὡς ἀγάλματα, ὑπολαβεῖν γεγονέναι, θεῶν αὐτῶν, αὐτῶν ἐργασαμένων. *Proclus* in *Tim.* L. I. p. 4. II. p. 83. IV. p. 239. *Platonici* etiam *pulcri cujuslibet & ſummi boni cogitationem mente informatam* ἀγάλματος nomine deſignabant. Unde fluxit illud *Juliani* Or. VIII. p. 247. καθίξομεν ἀλλήλους ἐν τοῖς ἑαυτῶν διανοίαις ἱδρυμένους ὥσπερ ἀγάλματα. item illud *Syneſii* Epiſt. CXXIII. p. 259. τὸ ἱερὸς σὺ καὶ γλυκείας ψυχῆς ἐπὶ μέσης καρδίας ἄγαλμα περιφέρω. Vide *Dan. Heinſium* ad *Max. Tyr.* Diſſ. XXXVIII. p. 221. *Philo* inprimis *Judaeus* tum aliis locis, quos *Heſychii* interpretes ad Tom. I. p. 30. indicarunt, tum T. II. p. 577. ἀγαλματοφορεῖν & ἀγαλματοφόρους dixit eos, *qui veras rerum divinarum virtutisque ſpecies ánimo impreſſas gerunt. Suidas:* Ἀγαλματοφορούμενος, ἀγάλματα, ἤτοι τύπους τῶν νοηθέντων φέρων ἐν ἑαυτῷ. οὕτω Φίλων. Eadem loquendi ratio transiit ad ſcriptores eccleſiaſticos, a quibus ſaepe veri Fideles appellantur ἀγάλματα τοῦ θεοῦ, *Ignat.* Epiſt. ad Philipp. art. 13. & ἀγαλματοφορεῖν τὸν θεὸν Ἰησοῦν Χριστὸν, *Euſeb.* Hiſt. Eccl. L. X. p. 470. ubi *Henr. Valeſium* minus recte metaphorae rationem a gentilium ſacerdotibus, ſimulacra Deorum bajulantibus, repetere, monuit me perfectiſſimum illud ſapientiae & doctrinae omnis ἄγαλμα, *Ti. Hemſterhuſius*, quem mihi in his explicandis facem praetuliſſe, gratus agnoſco. Gnoſtici quoque easdem locutiones frequentarunt. Vide *Clem. Alexandrin.* Strom. L. VII. p. 846. Obiter notemus, dubium videri, utrum in *Heſychio* pro Ἀτάλματα, παίγνια. ſcribi debeat, Ἀγάλματα, παίγνια. an vox repetenda ſit ab ἀτάλλω, quod idem interpretatur σκιρτῶ. *Euripides* quidem *canem* dixit Ἑκάτης ἄγαλμα, ap. *Plutarch.* de Iſ. & Oſir. p. 166. Ἑκάτης ἄγαλμα φωσφόρου κύων ἔσῃ. quod ego cum aliis *Hecatae delicias* explicem, non *Hecatae ſymbolum*, ut placet doctiſſimo *Ignarrae* de Palaeſtra Neap. p. 180. *Euripidis* verſum, ut hoc etiam in tranſitu moneamus, ſuo more luſit *Ariſtophan.* ap. *Euſtath.* ad Od. Γ. p. 1467. Καὶ κύων

ἀκρό-

Digitized by Google

Ἄγαμαι[3]: ἀποδέχομαι, θαυμάζω ἄγαν.

Ἀγεί-

ἀκρόχολος, Ἑκάτης ἄγαλμα φωσφόρου, γενήσομαι. Lexicon Sangerm. MS. Ἄγαλμα Ἑκάτης. τὴν κύνα οὕτως εἴρηκεν Ἀριστοφάνης, διὰ τὸ ἐκφέρεσθαι τῇ Ἑκάτῃ κύνας. ἢ ὅτι καὶ αὐτὴν κυνοκέφαλον πλάττουσιν. εἰσὶ δὲ οἳ καὶ γενέσθαι αὐτὴν κύνα ἐκ γυναικὸς κατ᾽ ὀργὴν Ἀρτέμιδος, εἶτα ἐλεηθεῖσαν, πάλιν ὑπ᾽ αὐτῆς ἀποκατασῆναι· ἔπειτα ἐπὶ τοῖς πραχθεῖσιν αἰσχυνθεῖσαν, ἐκ τῆς ζώνης ἀπάγξασθαι· τὴν δὲ Ἄρτεμιν περιελομένην τὸν ἑαυτῆς κόσμον περιθεῖναι αὐτῇ, καὶ Ἑκάτην προσαγορεῦσαι. Adde *Heſych.* in v. & *Hemſterb.* ad *Lucian.* D. M. p. 331. Sed de *Heſychii* loco, ut quisque voluerit, ſtatuat. Illud nulla in controverſia eſt, quin idem Gloſſographus per errorem exhibeat, Ἀπαλλητόν. θαυμαστόν. cum ſcribendum ſit, Ἀγαλλητόν. Supra: Ἀγαλλητόν. ἐφ᾽ ᾧ ἄν τις ἀγασθείη. Plus negotii alicui faceſſat, Ἀγαλμητόν. ἀσθενές. quod, vereor, ne depravatum ſit ex Ἀπάλαμνον, vel, Ἀπαλάμητον. Infra: Ἀπάλαμνος. ἀσθενὴς, ἀμήχανος.

3. Ἄγαμαι.] Miſſis plurimis locis, ea tantum huc referamus, ex quibus conſtructionis ratio intelligatur. Menon. p. 22. F. Καὶ Γοργίου μάλιστα, ὦ Σώκρατες, ταῦτα ἄγαμαι. Parmen. p. 58. C. Τοῦτό γε σου καὶ πρὸς τοῦτο ἠγάσθην. Hipp. Maj. p. 100. B. καὶ νὴ τὴν Ἥραν ἄγαμαι σοῦ. Theaet. p. 114. C. πάνυ ἀγασθῆναι αὐτοῦ τὴν φύσιν. Protag. p. 203. G. ἀεὶ μὲν ἔγωγε σοῦ τὴν φιλοσοφίαν ἄγαμαι. p. 214. D. πολὺ μάλιστα ἄγαμαί σε. Euthyd. p. 216. H. ἀγασθέντες τῆς σοφίας αὐτοῖν. Gorg. p. 295. F. καὶ ἔγωγε κατ᾽ αὐτὸ τοῦτο οὐκ ἄγαμαι Παῦλον. Semel cum ablativo rei conſtructum occurrit Sympoſ. p. 318. A. ἀλλὰ καὶ τὴν ἐκείνης ἀνεῖσαν ψυχὴν, ἀγασθέντες τοῦ ἔργου. ut apud *Xenophontem* Cyrop. II. p. 57. ὅταν τινὶ ἀγασθῶ τῶν στρατιωτῶν. Sic legunt MSS. & veteres Edd. confirmatque *Suidas*, locum laudans, v. Ἀγασθῶ. Recentiores libri, τινὰ ἀγασθῶ. *Philoſtrat.* de V. S. II. 25. p. 611. ἠγάσθη αὐτοῦ ἴσα τοῦ πάππου. Sic reperi in Cod. Pariſin. Sed alia manus αὐτὸν correxit. Lexicon Sangerm. MS. Ἄγαμαι τούτου, Ἄγαμαι κεχαρμένων. Εὔπολις καὶ Ἀριστοφάνης. Ab ἄγαμαι eſt adverbium

ἀγα-

Ἀγείρουσαν[4]. ὡς ἱερείαν περιερχομένην.

Ἀγι

ἀγαμένως, quod, non perinde frequentatum, *Heſychius* θαυμαστῶς exponit. Phaedone p. 389. E. ὡς ἡδέως καὶ εὐμενῶς καὶ ἀγαμένως τῶν νεανίσκων τὸν λόγον ἀπεδέξατο, *orationem mirifice probavit.* Atque ita capiendum eſſe; docet ſimilis locus in Timaeo p. 527. A. τὸ μὲν οὖν προοίμιον θαυμασίως ἀπεδεξάμεθά σου. *Syneſ.* Ep c. p. 239. ταύτην ἀνέγνων ἡδέως ἅμα καὶ ἀγαμένως. ubi *cum admiratione* vertendum eſſe, quae ſequuntur, oſtendunt: ὠφελεῖτο γὰρ τὸ μὲν, (ἡδέως) τῇ διαθέσει τῆς ψυχῆς· τὸ δὲ, (ἀγαμένως) τῷ κάλλει τῆς γλώττης. quibus ineſt color e *Platonis* Ep. XII. ductus. Non tam facile, qua poteſtate in *Ariſtotele* Rhetor. III. 7. p. 336. ſumendum ſit, decernas; ἐὰν δὲ ἐπαινετά, ἀγαμένως· ἐὰν δὲ ἐλεεινά, ταπεινῶς. Alii aliter vertunt: *Victorius*, *cum laetitia*, non probante *H. Stephano* in Theſ. Habet interdum ἄγαμαι; aeque ac cognatum ἀγάλλομαι, *laetandi* & *exultandi* ſignificationem, ut ap Philonem T. II. p. 547. Ὡς γὰρ ἐπ' ἤδη τῆς πόλεως γινομένων αὐτοκρατόρων, ἄπαυστες ἠγάθησαν. ubi Mangejus, ſibi conſtans, ἠγαλλιάθησαν, quod ne Graecum quidem eſt, reponit. Omnibus tamen perpenſis, ἀγαμένως in *Ariſtotele* accipere malim *admirabiliter*, *magnifice.*

4. Ἀγείρουσαν.] Reſpicit *Timaeus* Polit. II. p. 431. C. μηδ' ἐν τραγῳδίαις, μηδ' ἐν τοῖς ἄλλοις ποιήμασιν εἰσαγέτω Ἥραν ἠλλοιωμένην ὡς ἱερείαν, ἀγείρουσαν Ἰνάχου Ἀργείου ποταμοῦ παισὶ βιοδώροις. ubi notandum, voces ὡς ἱερείαν a *Timaeo* non ad ἠλλοιωμένην, ut in vulgatis Edd. ſed ad ἀγείρουσαν referri, ut *H. Stephanus* diſtingui juſſit. At quis eſt ille Tragicus, quem *Plato* obliqua oratione perſtringit? Nempe *Sophocles*, cui Platonem iniquiorem fuiſſe, probabiliter diſputat *Valckenarius* ad *Euripid.* Phoeniſſ. 1628. Is enim docuerat fabulam ſatyricam, *Inachum*, ſaepe a veteribus laudatam; de qua vide *Iſ. Caſaub.* ad Athen. VII. 4. p. 487. *Sophoclis* autem locus, a *Platone* allatus, plenior eſt apud Scholiaſt. *Ariſtoph.*

ad Ran. 1385. ſed ſine poëtae nomine: Νύμφαι ὀρεσιγόνοι θιαῖζιν ἀγείρω Ἰνάχου Ἀργείου, ὑπὸ ποταμοῦ παισὶ βιοδώροις. Dele ὑπὸ ex prima ſyllaba vocis ποταμοῦ natum, & reliqua ita lege: Νύμφαι ὀρεσίγονοι, θιαῖζιν ἀγείρω, Ἰνάχου, Ἀργείου ποταμοῦ, παισὶ βιοδώροις. Plena locutio, ἀγείρειν χρήματα, βίον, σιτία, tam nota eſt, nullis ut opus ſit ſcriptorum teſtimoniis. Ne abſolutum quidem ἀγείρειν pro *mendicando colligere* valde rarum eſt. *Philoſtrat.* V. A. Lib. V. p. 225. ἤγειρε μὲν πολλαχοῦ τῶν πόλεων. *Aelian.* H. A. Lib. VI. 10. ὡς οἱ τῶν ἀγειρόντων δεινοί. *Max. Tyr.* Diſſ. XIX. p. 223. μηδὲν τῶν ἐν τοῖς κύκλοις ἀγειρόντων διαφέροντα. Heliodor. VII. p. 312. ὥσπερ τινὰ τῶν ἀγειρόντων, καὶ ἀληθῶς ἀλήτην. Vide *Petavium* ad *Themiſt.* Or. XXI. p. 449. Jam *Platonis*, vel *Sophoclis* potius, locus, quem tractare coepimus, explicandus eſt ex ea ratione, qua quis τῷ θεῷ ἀγείρειν dicebatur. Scilicet in variis artibus, quibus ſacrificuli ſimplicis plebeculae pecunias ad ſe derivarent, non poſtrema haec erat. Dei Deaeve alicujus effigiem vel humeris portantes, vel jumento imponentes, per oppida & vicos vagabantur, & verbo Diis, re ipſa ſibi ſtipem quaerebant. Ex quo circumforaneo quaeſtu ἀγυρτῶν nomen invenerunt. *Euſtath.* ad Od. B. p. 1430. Sic apud *Suid.* v. Ἀγείρει ſacerdos Iſidi ſtipem corrogat; Apollini Hyperboreo, quanquam honeſtiore mendicationis genere, Abaris. *Jamblich.* de vit. Pythag. c. XIX. p. 76. Quo veteri more ſatis vindicatur locus *Herodoti* IV. 35. ὑμνεῖν Ὦπίν τε καὶ Ἄργιν, ὀνομάζοντάς τε, καὶ ἀγείροντας. ubi *Thom. Galeus* temere conjiciebat ἐγείροντας. *Herodotus*, vel quisquis auctor eſt vitae Homer. c. 33. ἤδετο δὲ παῖς, — ὅτε ἀγείροιεν ἐν τῇ ἑορτῇ τοῦ Ἀπόλλωνος. Sed nullum agyrtarum genus mendicandi impudentia par erat Gallis, ſacerdotibus matris Deum, qui inde Μητραγύρται appellati ſunt. *Euſtath.* ad Od. P. p. 1824. Μητραγυρτεῖν, τὸ μετὰ τυμπάνων καὶ τινῶν τοιούτων περιϊέναι, καὶ ἐπὶ τῇ μητρὶ ἀγείρειν τροφὰς δηλαδή, ὅ ἐστιν ἐπὶ τῇ Ῥέᾳ. ὡς δῆλον ἐκ τοῦ, Διονύσιος μητραγυρτῶν καὶ τυμπανιζόμενος, ἢ τύμπανον κρούων, οἰκτρῶς τὸν βίον κατέστρεψεν. Quod ſubjicit exemplum, petiit ex *Athenaeo* XII. p. 541. E. Claſſicus de iis locus eſt *Dionyſii Halic.* A. R.

Ἀγιϛεύειν [5]. ἱεροθυτεῖν.

Ἀγίαν.

R. Lib. II. p. 91. Eosdem, quod ſingulis menſibus ſtipem cogerent, etiam Μηναγύρτας dictos eſſe, multis exemplis intelligitur. Quo minus ferenda eſt audacia cum aliorum, tum *Mangeji* ad *Philonem* T. II. p. 316. qui ubicunque Μηναγύρτης legitur, notius vocabulum Μητραγύρτης ſubſtituunt. Vide *Polluc.* VII 188. & ibi Interpretes, *Dan. Heinſ.* ad *Clem. Alexandr.* Protrept. p. 20. *Antiphanis* fabula Μητραγύρτης dicitur ab *Athenaeo* XII. p 553. C. at Μηναγύρτης a Grammatico Sangerm. MS. Διῳκημένα. Ἀντιφάνης Μηναγύρτῃ. Huc addamus aliud nomen minus tritum, Κύβηβος, quamvis nihil ad ἀγείρειν pertineat. *Photius* Lexico MS Κύβηβον. Κρατῖνος Θρᾴτταις, τὸν Θεόφραστον. Ἴωνες δὲ, τὸν μητραγύρτην, καὶ Γάλλον νῦν καλούμενον, οὕτως Σιμωνίδης. ubi pro Θεόφραστον ſcribendum Θεοφόρητον. Sic *Dionyſ. Hal.* l. c. Θεοφορήτοις & ἀγερμοὺς conjungit. Ipſe *Photius* alia gloſſa: Κύβηβος. ὁ κατεχόμενος τῇ μήτρᾳ τῶν θεῶν, θεοφόρητος. De μητραγύρταις *Manetho* VI. 297. Κέρσαντες γὰρ ἀχρεῖον ἑοῦ ἀπὸ σώματος αἰδῶ, Καὶ κυσὶ μήδεα δόντες ἑκοντὴν ὠμὰ δάσασθαι, Αὐτοὶ ἀγείροντες γαῖαν κατὰ πᾶσαν ἐλῶσι]. & diſtinctius 538. Δινδυμίη γὰρ ἀγείροντες (ita leg.) κατὰ δήμους Καὶ πόλιας πλάζοντ᾽) ἐμοῦ ῥόπτροις τε καὶ αὐλοῖς, Χερσὶν ἑαῖς κόψαντες ἄφνω τεκνόσπορον αἰδῶ. De agyrtarum fraudibus egregium *Platonis* locum dabimus ad v. Ἐπαγωγαί. Victores περιαγειρόμενοι qui dicantur, infra h. v. tradetur. Reliqua pete a *Perizonio* in *Aelian.* V. H. IX. 8. *Turrio* in Monum. vet. Antii p. 241. & *Kuſtero* ad *Suid.* v. Ἀγείρει.

5. Ἀγιϛεύειν] Legg. VI. p. 616. G. ἔτη δὲ μὴ ἔλαττον ἑξήκοντα ἡμῖν εἴη γεγονὼς ὁ μέλλων καθ᾽ ἱεροὺς νόμους περὶ τὰ θεῖα ἱκανῶς ἁγιϛεύειν. ubi hoc verbum malim cum *Timaeo* interpretari, *peragere quae ad ſacrificium pertinent*, quam cum *H Stephano* Th. Gr. L. Tom. I. p. 124. *pietatem in Deos colere. Dionyſ. Halic.* A. R. Lib. I. p. ?3 ἁγιϛεύοντες δὲ τὴν ἱερουργίαν ἔθεσιν Ἑλληνικοῖς. *Philo* T. II. p. 231. περὶ

Ἁγίαν[6]. τὸ ἡγισμένον τινός.
Ἄγνος. φυτὸν, ὃ καὶ λύγον.[7]
Ἄγος[8]. μίασμα, μύσος.

Ἀγζαις

μὲν θυσίας καὶ ἱερουργίας καὶ ὅσα ἄλλα περὶ τὸν βωμὸν ἁγιστεύει). *Syneſ.* de Provid. p. 95. A. καὶ ἀπλαιστότερον ἁγιστεύοντας. Sic ἁγιστεία pro *cultu divino*, Axioch. p. 73. G. καὶ τὰς ὁσίας ἁγιστείας κακεῖσε συντελοῦσι. quod pluribus exemplis probavit *Th. Reineſ.* ad Inſcript. Claſſ. I. n. XL. p. 75. Alibi tamen ea notio, quam *Stephanus* in *Platone* agnoſcit, locum habet. *Damaſcius* ap. *Photium* p. 1067. ἄγων εἰς φῶς τὴν περὶ τὸ θεῖον ἁγιστεύουσαν θέμιν. Vide *H. Valeſium* ad *Sozom.* H. E. V. 3.

6. Ἁγίαν.] Hanc vocem neque apud *Platonem* reperio, neque apud ullum veterum ſcriptorum. Eadem tamen ſe analogia tuetur, qua proprium nomen Ἡγίας ap. *Herodotum* IX. 33. *Murator.* p. MLIX. 5. aliosque, pro quo saepe occurrit Doricum Ἁγίας. *Pauſan.* III. 11. *Chisbull.* Antiq Aſiat. p. 88. An ſcribendum Ἄγιν, e Cratylo p. 261. G. καὶ ἄλλα γε κοῦ στρατηγὸν σημαίνει· οἷον Ἄγις, καὶ Πολέμαρχος, καὶ Εὐπόλεμος.

7 Ὃν καὶ λύγον] Scilicet, καλοῦσιν. quod *Suidas* addit, ipſum etiam *Platonis* locum, ad quem gloſſa pertinet, ſubjiciens, *Phaedro* p. 338. A. ἥτε γὰρ πλάτανος αὕτη, μάλα ἀμφιλαφής τε καὶ ὑψηλὴ, τοῦ τε ἄγνου τὸ ὕψος, καὶ τὸ σύσκιον, πάγκαλον. Eundem locum laudarunt *Plutarch.* Amator. p. 749. A. & *Aelius Dionyſius* apud *Euſtath.* ad. Od. I. p. 1638. Vide *Iſ. Caſaub.* Lect. *Theocr.* cap. IX. p. 261. & Interpretes ad *Heſych.* in v.

8. Ἄγος.] *Plato*, ſi bene memini, non uſus eſt hac voce, ut ſuſpicari liceat, eam ex *Herodoteis* huc irrepſiſſe. *Herodot.* VI. 56. αὐτὸν ἐν τῷ ἄγεϊ ἐνέχεσθαι. quod inde ſumſit *Dionyſius Hal.* A. R. VI. p. 410. ὡς ἄγει τῷ μεγίστῳ ἐνόχοις. Ab ἄγος vel ἅγος eſt ἅγιος, ἁγνὸς, ἁγνίζω, ἅζομαι, & Latina, *ſacio*, *ſancio*, *ſanctus*. *ſacer*, *ſagmen*. &c. Prima poteſtate ἄγος

Ἄγροικος 9. σκληρὸς καὶ ἀπαίδευτος, ἢ ὁ ἐν ἀγρῷ κατοικῶν.

Ἀγρο-

γος eſt *mundities, quae venerationem parit. Heſychius*: Ἄγος. ἄγνισμα θυσίας. Σοφοκλῆς Φαίδρᾳ. *Suidas*: Ἄγος. τὸ τίμιον καὶ ἄξιον σεβάσματος. Altera notione eſt *res Deo devota, Deo ſacra*. Jam ut Latini hominem, cujus caput ob admiſſum ſcelus Deo devoviſſent, *ſacrum* appellabant, ſic etiam ἄγος apud Graecos de *ſcelere, quod piaculo luendum ſit*, uſurpari coepit. Contrariam vocis vim etiam in derivatis cernere licet, ἐναγὴς, *ſcelere pollutus*, & εὐαγὴς, *purus, caſtus*. Κυλώνειον ἄγος *Cicero* de Legg. II. 11. vertit *Cylonium ſcelus*. Aptius fuiſſet *piaculum*, ut *Juſtin*. VIII. 2. Graecum ἀγηλατεῖν Latine reddidit *piaculum exigere*. Sed, ut aliquid non de medio ſumtum afferamus, adjectivum quoque ἅγιος eodem ſenſu, quo Latinum *ſacer*, Graecis uſitatum fuit. Lexicon Sangerm. MS. Ἅγιος, ὁ σεβάσμιος. καὶ Ἅγιον, τὸ σεβάσμιον καὶ τίμιον. λέγοιτο δ᾽ ἂν καὶ Ἅγιος, ὁ μιαρὸς, ἀπὸ τοῦ ἄγους, ὡς Κρέ-της. Interdum μίασμα & μύσος, quae hic interpretationis locum obtinent, cum ἄγος junguntur. *Plutarch*. Solone p. 14. C. ἄγη καὶ μιασμοὺς δεομένους καθαρμῶν. *Phalaris* Ep. 141. ὥσπερ τι ἄγος ἢ μίασμα ἰδὼν ἀπόφορον (lege, ἀπότροπον) αὐτόθεν ἀπεστράφης. *Appian*. de B. C. II. p. 718. τό, τε ἄγος αὐτοῦ καὶ μύσος οὕτως ἀποθανὼν ἐπιβαλῶ. *Baſil*. de Vit. Theclae I. p. 84. τοιούτου μιαιφόνου ἀναπίμπλασθαι μύσους καὶ ἄγους. Ceterum in *Timaeo* μύσος pro μίσος, quod MS. habet, ſcripſimus. *Suidas* v. Παναγής· ἄγος, καὶ ἁγνεία, καὶ μύσος, κατ᾽ ἀντίφρασιν. Quae voces perpetuo confunduntur. In *Origene* c. *Celſ*. III. p. 147. recte editur, ἁγνὸς ἀπὸ παντὸς μύσους, rejecto in marginem altero μίσους. Contra perperam μίσος pro μύσος relictum eſt in *Athen*. XIII. p. 602. C. *Appiano* l. c. *Libanio* T. I. p. 894. B. *Schol*. ad *Sophoclis* Oed. Tyr. 33. & aliis locis.

9. Ἄγροικος.] Theaet. p. 115. G. ὅτι οὐκ ἐγὼ ὑπὸ φι-



λα-

Ἀγρονόμοι[10]. οἱ τοῖς ἀγροῖς ἐπιφοιτῶντες ἄρχοντες.

Ἀγχώμαλος[11]. ὁ ἐγγύς πως τῷ ἐπίσης ἔχων ἐπί τι ἀγώνισμα ἢ ἄθλημα.

Αἰκίας.

λολογίας ἀγροικίζομαι; — ἤκουσα, ὦ Σώκρατες, τὸ τοιοῦτον ἂν εἴη ἄγροικον. p. 128. A. ἄγροικον δὲ καὶ ἀπαίδευτον ὑπὸ ἀσχολίας οὐδὲν ἧττον τῶν νομέων τὸ τοιοῦτον ἀναγκαῖον γίνεσθαι. Euthydem. p. 219. G. εἰ μὴ ἀγροικότερον ἦν εἰπεῖν. p. 220. C. Gorg. p. 287. D. 297. B. 306. F. Sympoſ. p. 324. B. 334. C. Phaedr. p. 350. F. 353. G. Apol. p. 365. D. Polit. II. p. 423. C. X. p. 518. E. Crit. p. 558. D. Legg. IX. p. 663. A. Eraſt. p. 6. E. Phaedr. p. 337. F. ἅτε ἀγροίκῳ τινὶ σοφίᾳ χρώμενος. Polit. III. p. 442. C. οὐ δὲ ἀναρμόστου ψυχὴ δειλὴ καὶ ἄγροικος. Gorg. p. 286. H. ἀλλ' εἰς τὰ τοιαῦτα ἄγειν πολλὴ ἀγροικία ἐστὶ τοὺς λόγους. Phaedr. p. 354. A. πότερον χαλεπῶς ἂν αὐτοὺς, ὥσπερ ἐγώ τε καὶ σὺ, ὑπ' ἀγροικίας, ῥῆμά τι εἰπεῖν ἀπαίδευτον εἰς τοὺς ταῦτα γεγραφότας Polit. VIII. p. 498. C. ὡς ἀγροικίαν καὶ ἀνελευθερίαν οὖσαν πείθοντες. Legg. II. p. 582. G. Propria poteſtas nonniſi ſemel occurrit Legg. VIII. p. 649. B. ὃς ἂν ἀγροίκου ὀπώρας γεύσηται βοτρύων, εἴτε καὶ σύκων. quo loco uſus eſt *Athen.* L. XIV. p. 653. B. In duplici vocis notione ludit *Dio Chryſoſt.* Orat. VII. p. 107. C. καὶ ἔφη με ἄγροικον εἶναι παντελῶς, κἀγὼ πάλιν εἶπον, οὐ καὶ σὺ ἀγροὺς λέγεις; οὐκ ἀκούεις ὅτι ἀγροὺς οὐκ ἔχομεν; Adde *Thom. M.* in v. & ibi viros doctos. *Timaei* gloſſam, ut ſolet, deſcripſit *Suidas*.

10. Ἀγρονόμοι.] Legg. VI. p. 617. A. B. C. G. 618. B. C. VIII. p. 648. F. 649. A. 650. G. IX. p. 660. C. 663. E. F. XI. p. 675. C. 678. C. 684. F. XII. p. 691. F.

11. Ἀγχώμαλος.] Vix putem, Philoſophum noſtrum pro ſuo Atticae munditiei ſtudio hanc vocem uſurpaſſe. Certe *Pollux*, cum Lib. V. 157. ſcriberet, τὸ δὲ ἀγχώμαλον, εἰ καὶ Θουκυδίδης εἶπε, τραχὺ, more ſuo *Platonem* laudaſſet, ſi usquam id verbi in eo reperiſſet. Aliorum ſcriptorum exempla habent *Grammius* ad *Thucyd.* Schol. p. 641. & *Albertus* ad *Heſych.* in v.

12. Al-

Αἰκίας[12]. ὕβρεως δίκη.

Ἄϊστωρ[13] ἄπειρος, ἀμαθής.

Αἰξωνεύεσθαι[14]. ἀπὸ δήμου τινὸς ἡ κατηγορία τοῦ Αἰξωνέως ;

12. Αἰκίας.] Polit. IV. p. 447. E. V. p. 462. E. Legg. I. p. 567. E. IX. p. 658. C. 663. A. E. Pro δίκη MS. habet δίκης.

13. Ἄϊστωρ.] Legg. VIII p. 649. C. ἐὰν δέ τις ἄϊστωρ ὤν, αὐτὸς ἢ δοῦλος ἅψηται. Gloſſam deſcripſit *Suidas*.

63. Ἀπέσβη.] *Suidas* ex *Kuſteri* emendatione, quam Lexicon Sangerm. MS. confirmat: Ἀπέσβη. ἐσβέσθη, ἢ ἐπαύσατο, τέθνηκεν. Ἀπέσβηκε λέγουσι τὸ ἀπεσβέσθη οἵ τε ἄλλοι, καὶ Πλάτων Πολιτικῷ. nempe p. 174. G. διὰ δὲ χρόνου πλῆθος, τὰ μὲν αὐτῶν ἀπέσβηκε, τὰ δὲ, διεσπαρμένα εἴρηται χωρὶς ἕκαστα ἀπ' ἀλλήλων. *Liban.* Epiſt. 123. εἰ ἐμὲ μὲν ἐγῷμαι τύχη μὲν ἠνθηκέναι πάλαι, πεῖρα δὲ ἀπεσβηκέναι νῦν. Plura de hujus praeteriti ſignificatione paſſiva *H. Stephan.* Theſ. Gr. L. Tom. III. p. 748. Quod *Timaeus* in *Platone* reperit, ἀπέσβη, aeque rectum eſt, atque ἀπέσβηκε, & ab eodem *Stephano* exemplis munitum. *Euripides* ap. *Plutarch.* T. II. p. 1090 C. Ὁ δ' ἄρτι θάλλων σαρκὶ, διοπετὴς ὅπως Ἀστὴρ, ἀπέσβη. *Ariſtid.* Rhodiac. p. 355. οὐ γὰρ εὖ πράξασα, εἶτα χεῖρον ἔπραξεν, οὐδ' ἀεὶ κατὰ μικρὸν ἕως ἀπέσβη. *Syneſ.* Cataſtaſ. p. 301. C. Τέθνηκεν· ἀπέσβη τὸ Πενταπόλεως. Reddamus hoc verbum *Themiſtio* Orat. XIII. p. 165. C. ἀλλ' ὑπερ- ωρόν γε ἤδη τὸ κάλλος αὐτῶν, καὶ τὸ μὲν οὐχ οἷός τε ἀγαθὰ εἶναι τοῦ ἔρωτος· τὸ δὲ ἐκλάμψαν εὐθὺς καὶ ἀπέπτη. ubi neminem arbitror dubitaturum, quin melius ſit legere: —— τὸ δ' ἐκλάμψαν εὐθὺς καὶ ἀπέσβη. Idem Orat. VIII. p. 102. A. καθάπερ ἀστραπὴν ἐκλάμψασαν τὴν ἀρετὴν εὐθὺς ἀποσβῆναι. Eodem modo corrigendus videtur *Damaſcius* apud *Suid.* v. Ἀκαμάτιος· ἀπέσβη τοῦτο σχεδὸν τὸ πλάσμα τῆς Ἀκαματίου φιλοσοφίας. ubi ἀπέβη editur. Vide *Valckenarium* Diatr. in *Euripid.* cap. VI. p. 57.

64. Ἀποδιοπομπεῖσθαι.] *Phrynichus* Προπαρασκ. Σοφιστ. MS. Ἀποδιοπομπεῖσθαι, καὶ Διοπομπεῖσθαι σημαίνει μὲν τὸ ἀποπέμπεσθαι, καὶ ἀποκαθαίρεσθαι μύση· σύγκειται δὲ τὸ ὄνομα ἐκ τοῦ δίου, ὅ ἐστι δέρμα τοῦ ἱερείου τοῦ θυομένου

τοῦ

τῷ Διΐ. ἐφ' οὗ ἑστῶτες ἐκαθαίροντο, οἷον τὰς ἀποδιοπομπήσεις ἐποιοῦντο, οἷον ἐκ τοῦ Διὸς, τοῦ δέρματος. (Dele haec verba temere repetita) κἀκ τοῦ πέμπειν. Μετὰ γοῦν τὸ ἀπὸ συνθέσεως Ἀττικώτατόν ἐστι. *Phrynichum* exſcripſit Grammaticus MS. ab *Hemſterhuſio* ad *Heſych.* v. Ἱερῶον laudatus. Propria ejus vis eſt, *ſcelus* vel *prodigium depellere*, *averruncare*. ſicut Attici etiam dicunt, ἄγος ἀποπέμψασθαι, ἐλαύνειν. *Pollux* I. 33. Cui expiationi cum ſemper luſtrationes accederent, de quibus erudite diſputat *Henr. Valeſius* ad Excerpta *Peireſc.* p. 67. facile intelligitur, cur hoc verbum etiam per καθήρασθαι a Grammaticis exponatur. *Plato* Cratyl. p. 262. G. αὔριον δ' ἂν καὶ ὑμῖν συνδοκῇ, ἀποδιοπομπησόμεθά τε αὐτὴν, καὶ καθαρούμεθα, ἐξευρόντες ὅστις τὰ τοιαῦτα δεινὸς καθαίρειν, εἴτε τῶν ἱερέων τὶς, εἴτε τῶν σοφιστῶν. ubi vide Scholia. Legg. IX. p. 652. C. ἴθι ἐπὶ τὰς ἀποδιοπομπήσεις, ἴθι ἐπὶ θεῶν ἀποτροπαίων ἱερὰ ἱκέτης. Ibid. p. 662. A. τοῦτον πρῶτον μὲν καθῆραι καὶ ἀποδιοπομπήσασθαι τὸν οἶκον χρεὼν ἔστω κατὰ νόμον. X. p. 670. F. ἀλλ' ἐάν πως οἷον ἀποδιοπομπήσασθαι λόγοις αὐτὸ ὅσιον γινώμεθα δυνατοί. *Lyſias* adv. Andocid. p. 65. ἀγὼν ἀπάγειν καὶ ἀποδιοπομπεῖσθαι. *Onoſander* cap. 5. πᾶσαν, εἴτις ἢ δημοσία κηλὶς, ἢ διαμέλυσμα, ἀποδιοπομπούμενος. Haec propria, ut diximus, vocis ſignificatio eſt, quam Atticis tribuunt *Moeris* & *Phrynichus*. Scriptores non ita vetuſti ἀποδιοπομπεῖσθαι metaphorice uſurpant pro *rem aliquam procul amandare*, *rejicere*, *reſpuere*. *Philo* T. I. p. 642. ὁ θεὸς κακίαν ἀναχυθεῖσαν ἐν πόλεσι, καὶ χώραις, καὶ ἔθνεσιν ἀποδιοπομπεῖται. *Plutarch.* Lyſandr. p. 442. C. ἀποδιοπομπεῖσθαι πᾶν τὸ ἀργύριον καὶ τὸ χρυσίον, ὥσπερ κῆρας ἐπαγωγίμους. *Phalaris* Epiſt. CXLVII. p 184. μηδὲν τῶν ἐπὶ τῶν ἡκόντων ἀποδιοπομπούμενος. *Syneſ.* de Regn. p. 3. B. τὸ μὲν ἀγαπᾷν, τὸ δὲ ἀποδιοπομπεῖσθαι. de Provid. p. 104. D. Epiſt. CXVI. p. 255. *Phrynichus*, qui prope ſolus veterum Grammaticorum, quam ſermonis elegantiam aliis praecipit, ipſe ſcribendo praeſtat, de Dict. Attic. p. 104. Τοῦτο μὲν οὖν ἀποδιοπομπούμεθα. & p. 134. Ἐξάδελφος ἀποδιοπομπητέον, ἀνεψιὸς δὲ ῥητέον. Verbum διοπομπεῖσθαι non ſupereſt, ſi bene memini, niſi apud Grammaticos. At nomen διοπόμπησις eſt apud *Clem. Alex.* Strom. VII. p. 850. ἐπὶ μόνῃ τῇ διοπομπήσει τῶν κακῶν

Ἀποκναίειν[65]. καθ' ὀλίγον ἀποξύειν, καὶ ὥσπερεὶ διαφθείρειν.

Ἀπό-

ubi nunc vitioſe ſcribitur διαπαρατήσει. Vide *Euſtath.* ad Od. X. p. 1935.

65. Ἀποκναίειν.] Phileb. p. 78. E. καὶ σὺ μὲν ἀποκναίειν ἔφης αὐτὴν, ἐγὼ δὲ τοὐναντίον ἀποσώζειν λέγω. ubi alii libri habent ἀποκναίων. Polit. III. p. 440. D. μᾶζαν γυμναστικὴν ἰατρικῇ, ἀπέκναιε πρῶτον μὲν καὶ μάλιστα ἑαυτὸν, ἔπειτ' ἄλλους ὕστερον πολλούς. ubi vide Scholiaſten. Paullo poſt, διὰ βίου ἔζη ἀποκναιόμενος. Hunc verbi uſum, quem recte *Moeris* Atticis, & nominatim *Platoni* tribuit Schol. *Luciani* ad Catapl. p. 638. aliis aliorum etiam exemplis confirmemus. *Ariſtoph.* Veſp. v. 679. Ἀλλ' αὐτὴν μοι τὴν δουλείαν οὐκ ἀποφαίνων, ἀποκναίεις. ubi vide Schol. Eccleſ. v. 1079. Ἕλκοιτε τοὺς πλωτῆρας ἂν ἀποκναίοντε. *Antiphanes* ap. *Athen.* L. I. p. 18. C. ἀφθὼν κομιδῇ πικροὺς, ἀποκναίσειεν ἄν. *Ariſtides* Tom. I. p. 550. εἰς δ' ἂν τὴν τῶν κακῶν μοῖραν καθάπαξ δέῃ, τελέως ἀποκναίσειν. *Philoſtrat.* V. A. Lib. I. cap. 37. p. 46. ἀλλ' ὑπὲρ τιμωρίας, ἢ ἀποκναίσει αὐτόν. *Lucian.* Somn. p. 703. τοῦ κρύους μηδέπω με τὰ ἔσχατα ὥσπερ εἰώθει ἀποκναίοντος. *Themiſt.* Orat. X. p. 139. B. καὶ τῇ τῶν χειρῶν ἀνατάσει πάντας ἀπέκναιε τοὺς ἀντιπάλους. Exquiſitum eſt, quod *Phrynichus* Προπαρασκ. Σοφιστ. MS. ex veteribus Comicis annotavit: Ἀπολέσας γελῶντα Ὅμηρος· γέλω ἔκθανεν. Οἱ Κωμικοὶ, ἀποκναιωθῆναι τοῦ γέλωτος. Frequens inprimis & legitimus loquendi modus eſt, ἀηδίᾳ ἀποκναίειν τινὰ, *aliquem taedio & moleſtia enecare.* *Dio Chryſoſt.* Orat. XXVII. p. 286. D. ἕτεροι δὲ αὐστηροὶ καὶ σώφρονες εἶναι λέγοντες, ἀποκναίουσιν ἀηδίᾳ. *Liban.* Opp. T. I. p. 15. C. τὴν μὲν ἀποκναίουσαν ἀηδίᾳ, τὴν δὲ εὐφραίνουσαν μεθ' ὑπερβολῆς. *Dionyſ. Halic.* περὶ τ. Δημοσθ. δεινότ. p. 175. *Ariſtid.* Tom. II. p. 308. *Pollux* VI. 119. Pro quo alii dicunt, ἀποκναίειν abſolute, vel ἀποκναίειν τὰ ὦτα, *moleſta garrulitate aliquem obtundere.* *Philo* T. I. p. 205. Ἀποκναίουσι γοῦν ἡμῶν τὰ ὦτα, τὴν δικαιοσύνην κοινωνικὸν ἀποφαίνοντες. *Plutarch.* de Audit. p. 48. A. ἀποκναίουσι λαλιᾷ καὶ περιεργίᾳ τοὺς λέγοντας.

*Li-*

Ἀπόστολα [66]. τὰ εἰς τὴν θάλασσαν ἐκπεμπόμενα ἢ ἐκπλέοντα.

Ἀποστοματίζειν [67]. ἀπὸ μνήμης λέγειν.

Ἀπόρ-

*Liban.* Epiſt. 258. ὥστ' αἰρομαί σε καὶ ἀποσκυβαλίζομαι τοῦ τῶν ἐρωτημάτων πυκνῷ. *Lucian.* Nigrin p. 46. *Heliodor.* III. p. 136. Simillimum eſt illud *Plautinum* Epid. III. 3. 52. *pugnis memorandis meis Eradicabam hominum aures.* & *Terentianum* Eunuch. III. 5. 6. *Qui me ſequatur, quoque eam, rogitando obtundat, enecet.* Sed vereor, ne nimius eſſe videar in re ſatis nota.

66. Ἀπόστολα.] Epiſt. VII. p. 720. F. ἐγὼ γὰρ ἐν τοῖς ἀποστόλοις πλοίοις ἐμβὰς. διανενόμενον πλεῖν. ubi *naves vectoriae* intelligendae ſunt. *Herodot.* de vita Homeri p. 753. Ἐκ μὲν δὴ τοῦ λιμένος οὐδὲν ἦν ἀπόστολον, ἄγει δὲ αὐτὸν ἔνθα τῶν ἁλιέων τὰ πλοῖα ὁρμίζεται. Hanc vocem aliquando reddere tentabam *Philoſtrato* V. Apoll. VI. 3. p. 231. καὶ ναῦν δὲ ἤδη ἀπόστολον ἐκέκτητο, καὶ ἐναυκλήρει ἐν τῷ Νείλῳ. ubi mire laborat *Olearius.* Nunc pronior ſim in ναῦν ποτάμιον, ab aliis ποταμηγὸν dictam; quae *Jo. Toupii* conjectura eſt Emend. in *Suid.* T. III. p. 206.

67. Ἀποστοματίζειν.] Theaetet. p. 114. D. Ἀτὰρ τίνες ἦσαν οἱ λόγοι. ἔχοις ἂν διηγήσασθαι; ΕΥ. Οὐ μὰ τὸν Δία, οὔκουν οὕτωγε ἀπὸ στόματος. quo loco *Suidas* h. v. uſus eſt. Euthydem. p. 216. G. Τί δὲ, ὁπότε ἀποστοματίζοι ὑμῖν ὁ γραμματιστὴς, πότεροι ἐμάνθανον τῶν παίδων τὰ ἀποστοματιζόμενα; οἱ σοφοὶ, ἢ οἱ ἀμαθεῖς; ibid. p. 217. A. Ὅταν οὖν τις ἀποστοματίζῃ ὁτιοῦν, οὐ γράμματα ἀποστοματίζει; Ὡμολόγει. Οὐκοῦν ἀν τι σὺ ἐπίστασαι, ἔφη, ἀποστοματίζει, κ. λ. In quo loco interpretando ipſi veteres Grammatici diſſenſerunt. Nam *Timaeus*, & ex eo *Suidas*, ἀποστοματίζειν h. l. exponunt *memoriter recitare, ore, non ſcripto, proferre*. At *Pollux* II. 102. Ἀποστοματίζειν δὲ τοὺς παῖδας Πλάτων που λέγει, ὑγιῶν ὑπὸ τῶν διδασκάλων ἐρωτᾶσθαι τὰ μαθήματα, ὡς ἀπὸ στόματος λέγειν. *Polluci* conſentit vetus Grammaticus apud *Suidam*: Ἀποστοματίζειν φασὶ τὸν διδάσκαλον, ὅταν κελεύῃ τὸν παῖ-

 δα

'Απόῤῥησις 68. ἀπαγόρευσις.

'Αποτεθρυωμένοι 69. ἀπηγριωμένοι. εἴρηται δὲ κατὰ μεταφορὰν

διὰ λέγειν ἅττα ἀπὸ στόματος. Diſertius Phrynichus Προπαρασκ. Σοφιστικῇ MS. 'Αποστοματίζειν, τὸ ἀπὸ στόματος ἐρωτωμένους ἐν διδασκάλου, ἢ γλώσσας, ἢ ἄλλο τι τῶν μαθημάτων λέγειν. a quo eundem *Platonis* locum explicari, perſpicuum eſt. Ab hac ſignificatione fluxit alia, veteribus incognita, qua pro *elicere ad loquendum* dicitur apud *D. Lucam* XI. 53. ἤρξαντο οἱ γραμματεῖς καὶ οἱ Φαρισαῖοι δεινῶς ἐνέχειν, καὶ ἀποστοματίζειν αὐτὸν περὶ πλειόνων. ubi vide interpretes, inprimis *H. Grotium*. *Platonis* locus etſi utramque interpretationem recipit, praeferam tamen *memoriter proferendi* poteſtatem, quam & ſimplicitas ſua, & aliorum ſcriptorum exempla commendant.

66. 'Απόῤῥησις.] Sophiſt. p. 165. D. οὐκ οἶσθ᾽ ὅτι Παρμενίδου μακροτέρως τῆς ἀποῤῥήσεως ἀφεστήκαμεν; Polit. II. p. 421. C. καὶ δὴ καὶ τότε τοῦ Θρασυμάχου τὴν ἀπόῤῥησιν οὐκ ἀπεδέξατο. quo reſpicit *Pollux* II. 127. Πλάτων δὲ ἀπόῤῥησιν, τὴν ἀπαγόρευσιν. καὶ ἀπαγορεύειν, οἷον τὸ ἀπειρηκέναι. ubi vide *Jungerman*. At aliter eundem locum accipit *Phrynichus* ineditus: 'Απόῤῥησις. ἡ μὲν συνήθεια τὴν ἀπαγόρευσιν οὕτως λέγει. Πλάτων δὲ ἀντὶ τοῦ ῥῆσις αὐτὸ ἐν τῇ Πολιτείᾳ τέθεικεν εἰπών· καὶ τότε τὴν ἀπόῤῥησιν &c. 'Αποῤῥηθῆναι pro *abdicari* eſt Legg. XI. p 681. F. ἀπὸ δὲ τοῦ γένους ἀποῤῥηθῆναι παιδός. quod tanquam minus tritum e *Platone Pollux* II. 128. & *Suidas* v. 'Αποῤῥηθῇ, annotarunt. Lexicon Rhet. MS. 'Απόῤῥησις, τὸ κελεύειν τι μὴ γίνεσθαι, καὶ τὸ ἀποκηρύσσειν. Pro *vetitum* ἀπόῤῥητον eſt Legg. XI. p. 683. B. Sed eadem vox nullo ſenſu legitur Gorg. p. 313. A. Μίνῳ δὲ πρεσβεῖα δώσω ἐπιδιακρίνειν, ἐὰν ᾖ ἀπόῤῥητόν τι τῷ ἑτέρῳ. ubi, repudiata explicatione *Abreſchii* Auctar. Dilucid. *Thucyd.* p. 403. legere malim, ἐὰν ᾖ ἄπορόν τι, quod *Ficinus* verſione ſua expreſſit. Vide *Pierſonum* ad *Moerid.* p. 83. & *Toupium* Emend. in *Suid.* T. I. p. 52.

69. 'Αποτεθρυωμένοι.] Infra: τὰς ψυχὰς ἀποτεθρυωμένοι. ἀντὶ τοῦ, ἀπη-

φορὰν ἀπὸ τοῦ τεθρύων, ἅπερ εἰσὶν ἄγονα καὶ ἄγρια φυτά.

'Απο-

ἀπηγελωμένοι καὶ ἄγονοι. Cum *Timaeo* ad verbum congruit Lexicon Sangerm. MS. At *Suidas*, & ex eo *Apoſtolius* Proverb. p. 40. legunt, 'Αποτεθελωμένοι, & τεθείων, *Apoſtolius* etiam λάχανα pro φυλά. Eandem gloſſam ſic ſcriptam e *Timaeo* repetiit Scholiaſtes *Platonis*: 'Αποτεθρυμμένοι, ἀπηγελωμένοι. εἴρηται κατὰ μεταφορὰν τὴν ἀπὸ τῶν θρύων, ἅ ἐστι βοτάνη τις ἄγρια καὶ ἄγονος. Hic duplici perſpicuoque exemplo, ut error errorem parere ſoleat, intelligere licet. *Timaei* librarius cum per negligentiam ſcripſiſſet τεθείων vel τεθρύων, pro θείων, vel potius θρύων, id *Suidas* non tantum bona fide in Lexicon ſuum recepit, ſed praeterea vix credibili ſtupore novam inde gloſſam, quae ſuo loco exhibetur, confinxit: Τίθεια. ἄγρια καὶ ἄγονα φυτά. Quid tali homini facias? Magis tamen mirere, ne *Timaeum* quidem ſibi ab errore caviſſe, qui contra ac Criticum acutum decebat, mendoſis *Platonis* Codicibus ſeſe paſſus ſit in fraudem induci. Ecce enim, unde iſtud lectionis monſtrum prodierit. Polit. VI. p. 473. G. οὗ δὴ ἐφιέμενοι πολλοὶ, ἀτελεῖς μὲν τὰς φύσεις, ὑπὸ δὲ τῶν τεχνῶν τε καὶ δημιουργιῶν ὥσπερ τὰ σώματα λελώβηνται, οὕτω καὶ τὰς ψυχὰς συγκεκλασμένοι τε καὶ ἀποτεθρυμμένοι διὰ τὰς βαναυσίας τυγχάνουσιν. Nihil dicam de verbi ἀποθρύπτειν inſolentia, quae vel hebetioribus ingeniis corruptelae ſuſpicionem moveat. Quis eſt, quin ex adjuncto verbo συγκεκλασμένοι intelligat, ἀποτεθρυμμένοι, cujus gloſſa eſt lectio ἀποτεθραυσμένοι, ab *H. Stephano* e Codice neſcio quo prolata, hic ſuo loco poni. Eadem fere verba jungit *Philo* T. I. p. 685. ὡς εὐμελῆ καὶ αὐτουργῷ τεθρυμμένου, καὶ κατεαγότος, καὶ αἰσχίστου βίου. Haec ita in chartam conjecta oſtenderam praeceptori cariſſimo, meique amantiſſimo, *Ti. Hemſterhuſio*. Verum is in alia omnia diſcedebat, *Timaeo* ferens auxilium. „Vix „(inquit) a me impetro, „quin

quin credam ἀποτεθρυωμένοι lectionem eſſe diverſam, ſed vetuſtam & non temere ſpernendam. Θρύον eſt *juncus*, *herbae genus agreſtis & in paludibus natae*, vere ἄγονον καὶ ἄγριον. hinc θρυοῦσθαι, & ἀποθρυοῦσθαι eadem virtute, qua dicuntur ἀπορινοῦσθαι, ἀπολιθοῦσθαι, ἀποθηριοῦσθαι, *in junceam quaſi & inſenſilem omnis boni naturam mutari*; hinc ſenſus orietur *Platonis* menti neutiquam alienus. Deinde qua poteſtate capies ἀποτεθρυμμένοι; *confractos* reddidit *Ficinus*; *fractos deliciis, luxu corruptos*, vel, *molles redditos & imbecillos*, *Stephan.* in Th. Atqui probandus erat talis uſus in compoſito ἀποθρύπτεσθαι certis teſtimoniis: ἀποθρύπτειν nihil aliud eſt quam *defringere*, quemadmodum ἀποκλᾶν. Verum eſt, κλᾶν, κατακλᾶν & θρύπτειν ſaepe jungi; ut κεκλασμένως βαδίζειν, τεθρυμμένως φθέγγεσθαι, *Cyrill.* apud *Suid.* in Σπάδων. τῶν σωμάτων κατακλῶσι καὶ θρύπτουσι τὰς δυνάμεις *Philo Jud.* de Ebr. p. 243. B. Schol. *Gregor. Nazianz.* ad Stelit. II. p. 107. ubi egregie vim vocis exponit, θρύπτεσθαι τὸ ἄνευ φωνῆς καὶ τέχνης ἀκκίζεσθαί τε καὶ κατακλᾶσθαι τοῖς τοῦ σώματος μέλεσιν. idem ſi quis in alterutro ἀποκλᾶν vel ἀποθρύπτειν monſtraverit, concedam in utroque ferri poſſe translatam ſignificandi vim: ſed hoc ille ſcilicet praeſtabit, qui *defractos mores* a Latinis uſurpari pro *fractis* oſtenderit. Porro τὰς ψυχὰς συγκεκλασ. eos intelligo, qui, quemadmodum corpore curvato, quippe βάναυσοι, operi faciundo incubuerant, ſic, contracto ex vilibus opificiis vitio, mentes etiam gerunt in terram pronas, indolisque celſae, qualis philoſophiae dignitatem decet, minime capaces. Aliter hanc locutionem accipi ſenſus *Platonis*, & ingenium, ut arbitror, linguae vetant. Jam ſi ſequantur ἀποτεθρυμμένοι, quae poteſtas eruetur huic praecedenti conveniens? at ſcripſeris ἀποτεθρυωμένοι, habebis illos, qui ſteriles & humo adfixi obbrutuerunt. Noſti vero *Platonis* morem in formandis metaphoris ſaepius inſolentem" Hactenus ὁ πάνυ. Equidem *Timaeo*

de

'Αποφράδες ἡμέραι [71]. ἐν αἷς τοῖς κατοιχομένοις χοὰς ἐπιφέρουσιν· ἢ αἱ πρὸς πράξεις ἀνεπιτήδειοι.

'Απρίξ [72]. ἐμπεφυκότως.

'Αργυ-

de tanto defenſore gratulor, & haec ingenioſiſſime diſputata eſſe, libens fateor. Nec tamen rationibus a viro magno allatis ita moveor, ut vulgatae lectionis deſeram patrocinium. Veteres ἀποθεραπεύεσθαι pro ſimplice θεραπεύεσθαι dixiſſe, cum exemplis planum ſit, quaero, cur minus dicere liceat ἀποθερύπτεσθαι pro θρύπτεσθαι? Si vel ſic haereas in hoc verbo, leviſſima ejus mutatione te expedias. Lege, ἀποτετρυμένοι, *attriti*, *confecti*; ab ἀποτρύω. *Herodot.* VI. 12. οἱ Ἴωνες τετρυμένοι τε ταλαιπωρίῃσί τε καὶ ἡλίῳ. ubi vide *Weſſelingium*. *Polyb.* I. 71. τετρυμένοι γὰρ ὑπὸ τοῦ περὶ Σικελίας πολέμου. *Addaeus* in Analect. *Brunck.* T. II. p. 241. Αὔλακι καὶ γήρᾳ τετρυμένον ἐργατίνην βοῦν. *Plutarch.* Gracch. p. 837. D. πρὸς μηδὲν ἀποτρυόμενος τῶν τοσούτων καὶ τηλικούτων. Ceterum οἱ τὰς ψυχὰς ἀποτεθρυμμένοι a *Jo. Toupio* Emend. in *Suid.* T. III. p. 191. explicantur, *qui animas habent demiſſas*, & *in terram*, *more junci paluſtris*, *declinatas*. Quod, quoniam rei naturae repugnat, prorſus alienum eſt. Juncus enim tam rectus ſtat, ut ne ventorum quidem vi ſternatur.

70. 'Από τοῦ] *Suidas* & Scholiaſt. habent rectius τὴν ἀπὸ τοῦ, & mox ἐὰν pro ὥστε.

71. 'Αποφράδες ἡμέραι.] Legg. VII. p. 632. E. ὁπόταν ἡμέραι μὴ καθαραί τινες, ἀλλ' ἀποφράδες ὦσι. *Timaei* gloſſa, a *Suida* etiam deſcripta, hinc, ut paucae aliae, migravit in *Moeridis* libellum *de Vocibus Atticis*, ipſo quidem Atticiſta invito.

72. 'Απρίξ.] Haec vox a *Moeride* & *Thom. Mag.* merito in Atticarum numerum refertur. *Plato* Theaetet. p. 120. A. οἱ οὐδὲν ἄλλο οἰόμενοι εἶναι ἢ οὗ ἂν δύνωνται ἀπρὶξ τοῖν χεροῖν λαβέσθαι. ubi vide Scholia. *Sophocles* ap. *Stob.* p. 752. —— τοῦ γε κερδαίνειν ὅμως ἀπρὶξ ἔχει —— *Alciphron* Lib. III. Ep. 54. ἐγὼ δὲ ἀπρὶξ εἰχόμην τοῦ κερ-

Ἀργυρίς [73]. φιάλη.

Ἀραρός [74]. βέβαιον, ἀμετακίνητον.

Ἀργυραμοιβός [75]. ὁ κέρμα ἀντὶ ἀργυρίου [76]. ἀλλασσόμενος.

Ἀργιλώδης γῆ [77]. λευκὴ καὶ καθαρά.

Ἀργ-

κερμάτων. *Ariſtid.* Tom. I. p. 215. 332. *Aelian.* Hiſt. Anim. L. I. cap. 5. L. VII. cap. 11. Vid. *Lamb. Bos* & *Ti. Hemſterhuſ.* in *Lucian.* Necyom. p. 462.

73. Ἀργυρίς.] *Pindar.* Olymp. IX. 135. Μένεν ἀγῶνα πρεσβυτέρων Ἀμφ' ἀργυρίδεσσι. ubi Scholiaſtes: Ἀθηναίοις δὲ ἔθος χρυσίδας καὶ ἀργυρίδας λέγειν. quod *Athenaeus* XI. p. 502. A. exemplis probat. *Ariſtaenet.* Lib. II. Ep. 18. p. 266 καὶ σμικρὸν τῆς ἀργυρίδων ἀπεγεύετο, μίχει καὶ αὐτὰς κατεπέπωκε τὰς χρυσίδας. ubi praeter *Athenaeum* etiam *Pollucem* VII 104. laudat *Joſ. Mercerus.* In *Platone* vocem legere haud memini.

74. Ἀραρός.] Ἀραρότως legitur apud *Platonem* Phaedro p. 342. C. ἀραρὸς non item. Frequens tamen eſt apud alios ſcriptores. *Plutarch.* de Virt. Moral. p. 446. A. ἄγκιστρον μὴ κάτοχον τοῦ λογισμοῦ, μηδὲ ἀραρός. *Dio Chryſoſt.* Orat. XII. p. 210. D. τῆς Ἑλλάδος οὐδέπω σαφῆ καὶ ἀραρότα δόγματα ἰσχούσης περὶ τούτων. *Proclus* in Tim. II p. 106. τὸ μὴ ἀραρὸς μηδ' ἀκριβὲς τῆς περὶ τῆς φύσεως λόγων. *Pollux* VI. 116. In *Heſychio* ἀραρὸν pro ἀραρὸς male relictum eſt.

75. Ἀργυραμοιβός.] Politic. p. 183. E. οἱ μὲν, κατ' ἀγορὰς, οἱ δὲ πόλιν ἐκ πόλεως ἀλλάττοντες κατὰ θάλατταν καὶ πεζῇ, νόμισμά τε πρὸς τἄλλα καὶ αὐτὸ πρὸς αὐτὸ διαμείβοντες, οὓς ἀργυραμοιβούς τε καὶ ἐμπόρους καὶ ναυκλήρους καὶ καπήλους ἐπωνομάκαμεν. *Timaeo* gloſſam ſublegit *Suidas.* De *numulariis*, aliisque ſimilem negotiationem exercentibus quam bene diſputarit *Claud. Salmaſius*, nemo eſt paullo humanior, qui neſciat.

76. Ἀργυρίου] *Suidas*, ἀργύρου.

77. Ἀργιλώδης γῆ.] MS. Ἀργιλώδης. γῆ λευκὴ καθαρά. *Suidas* per duplex λλ, Ἀργιλλώδης. ex quo etiam τὸ restitui. Neſcio, an gloſſa

Ἀριστίνδην 78. κατ' ἀνδραγαθίαν αἱρετόν.

Ἄρνυσθαι 79. ἀντὶ τοῦ, καταλλάσσεσθαι· ὅθεν καὶ τὸ Μισθαρνεῖν, τὸ μισθὸν ἀντί τινος λαμβάνειν λέγεται.

Ἀρ-

ſa fluxerit ex *Herodoto* II. 12. τὴν δὲ Ἀραβίην τε καὶ Συρίην ἀργιλωδεστέρην τε καὶ ὑπόπετρον ἐοῦσαν. *Euphorion*, ſive *Archytas* apud *Athen.* L. III. p. 82. A. Ὥρεον οἷά τε μῆλον, ὃ δ' ἀργιλλώδιζιν ὄχθαις, κ. λ. *Antyllus* apud *Stob.* p. 800. *Philoſtrat.* V. Icon. 9. p. 775. inprimis *Plutarch.* Sympoſ. V. Qu. 3. p. 676. A. *Aretaeus Cappadox* Lib. I. cap. 15. p. 44. λευκὰ δὲ καὶ ἀργιλώδεα τὰ σκύβαλα. *Galeni* Gloſſae Hippocraticae: Γῇ κεραμίτιδι. τῇ ἀργίλῃ. Κεραμῖτις γῆ occurrit apud *Platonem* Legg. VIII. p. 648. H. non ἀργιλλώδης.

78. Ἀριστίνδην.] Legg. IX. p. 652. G. καὶ τὸ τῶν κρυπτῶν ἀρχόντων ἀριστίνδην ἀποκεκριμένων δικαστήριον. ubi vide Scholia. *Theopompus* ap. *Athen.* L. IV. p. 167. B. οἱ δὲ ἐκ τῆς ἄλλης Ἑλλάδος, οὐκ ἀριστίνδην ἐξειλεγμένοι. *Heraclides Cumaeus* apud eundem L. XII. p. 514. B. χίλιοι τὸν ἀριθμὸν, ἀριστίνδην ἐκλελεγμένοι ἐκ τῶν μυριάδων Περσῶν. Et ſic ſaepe alii ſcriptores.

De *rebus inanimis*, ſecus ac veteres ſolebant, aliquoties cum aliis uſus eſt *Philo* T. II. p. 13. ἐκλεκτὸς δὲ ὁ ἀγαθὸς τρόπος, ἐπικριθεὶς ἐξ ἁπάντων ἀριστίνδην. p. 535. ἡ ἀριστίνδην ἐπικριθεῖσα τῶν ἀρχόντων εἰσφορά. Aliquando vel junguntur, vel ſibi opponuntur ἀριστίνδην & πλουτίνδην. *Plutarch.* Lyſandr. p. 440. D. οὔτε γὰρ ἀριστίνδην, οὔτε πλουτίνδην ἀπεδείκνυε τοὺς ἄρχοντας. *Syneſ.* de Regn. p. 30. B. ἀριστίνδην οὖν, ἀλλὰ μὴ πλουτίνδην, ὥσπερ νῦν, ἡ τῶν ἀρχόντων αἵρεσις γινέσθω. Vide quae diximus ad *Longin.* Sect. 10.

79. Ἄρνυσθαι.] Protagor. p. 209. B. πρῶτος τούτου μισθὸν ἀξιώσας ἄρνυσθαι. Polit. I. p. 417. F. φαμὲν δέ γε τὸν μισθὸν ἀρνυμένους ὠφελεῖσθαι τοὺς δημιουργούς. ubi vide Scholia. Legg. VII. p. 637. G. πάντων γὰρ τούτων διδασκάλους τε εἶναι δεῖ κοινοὺς, ἀρνυμένους μισθὸν παρὰ τῆς πόλεως. *Dio Chryſoſt.* Orat. XXXVII. p. 456. C. *Philoſtrat.* Lib. I. Icon. 29. p. 854. *Pollux* IV. 42. *Quaerendi & pa-*

G ran-

Digitized by Google

Ἄῤῥαλον [80]. ἰσχυρὸν, στερεόν.
Ἄρτι [81]. περὶ ὀλίγου χρόνου πεποιημένος.



*randi* poteſtate reperitur Legg. XII. p. 687. B. ζωὴν αἰσχρὰν ἀρνύμενος μετὰ τάχους, μᾶλλον ἢ μετ' ἀνδρείας καλὸν καὶ εὐδαίμονα θάνατον. ad quem locum referendum, quod legitur apud *Suidam:* Ἀρνύμενος λαμβάνεται ἀντὶ τοῦ περιποιούμενος καὶ ἀντὶ τοῦ φυλάττων. οὕτω Πλάτων. Hic verbi uſus *Homero* proprius eſt; de quo *M. Anton. Muretus* Var. Lect. X. 3. & Interpretes ad *Homer.* Od. Α. 5. *Timaei* gloſſam haud neglexit *Suidas.*

80. Ἄῤῥαλον.] Cratyl. p. 267. B. εἰ δ' αὖ κατὰ τὸ σκληρόν τε καὶ ἀμετάστροφον, ὃ δὴ ἄῤῥαλον καλεῖται. ubi vide Scholiaſten. Vulgo Polit. VII. p. 488. G. legitur: καὶ μνήμονα δὲ καὶ ἄκρατον καὶ πάντα φιλόπονον ζητητέον. At Scholiaſtes ἄῤῥαλον praebet, hac addita annotatione: Ἄῤῥαλον. ἰσχυρὸν, στερεὸν, ἢ δυσκίνητον. Vox rariſſima, & ab uno, quod ſciam, *Platone* uſurpata, ab antiquo ῥάω, unde ῥαίω, ῥαίσω, ῥήσω, derivatur. *Methodius* apud Etymol. M. p. 148. 47. Ἄῤῥατος, οἷον ἄφθαρτος, ὁ μὴ ῥαιόμενος, τοῦτ' ἔστιν ὁ ἀκαταγώνιστος: —— ἢ ἰσχυρὸς, ἢ δυσκίνητος. Φρύνιχος δὲ, ἀπὸ τοῦ ῥᾶ· οὗ ὁ μέλλων ῥάσω, ὡς δράσω· ῥατὸς, καὶ ἄῤῥατος, πλεονασμῷ τοῦ ρ. Credo, *Phrynichum* in integra Προπαρασκευῇ Σοφιστικῇ, quae periit, de hac voce plenius diſputaſſe. In ejus quidem Epitome MS. haec tantum reperiuntur: Ἄῤῥατον, τὸ ἰσχυρὸν κατ' ἀπόφασιν τοῦ ῥαῖσαι, οἷον ἀδιάφθορον. *Timaei* gloſſam *Suidas* deſcripſit, *Platonis* etiam nomine adjecto. Quo minus probanda eſt conjectura *Jo. Alberti* Miſcell. Crit. in *Suid.* p. 273. ἄῤῥαλον in ἄῤῥηκτον mutantis.

81. Ἄρτι.] *Phrynichus* Προπαρασκ. Σοφιστ. MS. Ἄρτι, ἀρτίως. διαφοράν τινα οἱ Ἀττικοὶ φέρουσιν, τὸ μὲν σημαίνειν λέγοντες ὡς τὰ παρεληλυθότα συνάπτοντες τῷ ἐνεστῶτι· τὸ δὲ ἀρτίως τὸ ἐνεστῶτα. Ἔλαθε δ' αὐτοὺς ὅτι καὶ τὴν ἐναντίαν διαφορὰν ἴσασιν οἱ ἀρχαῖοι, τὸ μὲν ἄρτι ἐπὶ τοῦ ἐνεστῶτος τιθέντες, τὸ δὲ ἀρτίως ἐπὶ τοῦ παρεληλυθότος. Τινὲς δὲ διετείναντο ὡς ἐπὶ μέλλοντος χρόνου τὸ ἄρτι· ἐγὼ δ' οὐχ εὗρον. Vide eundem de Dict. Attic. p. 8. & *J. G. Graev.* ad *Lucian.* Soloeciſt. p. 553. *Plato* Hipparch.

**Ἀσκωλίζοντες** [82] **ἐφ' ἑνὸς ποδὸς ἐφαλλόμενοι, ἢ** [83] **στερούμενοι τοῦ κατὰ φύσιν.**

Ἀσπα-

parch. p. 2. E. ἐναντία λέγων οἷς ἄρτι ὡμολογήσαμεν. Menon. p. 15. H. ὅτι ἐμοῦ ἄρτι δεηθέντος σοῦ μὴ καταγνῶναι. Ib. p. 16. B. ὅτ' ἐγώ σοι ἄρτι ἀπεκρινάμην. p. 17. B. p. 18. F. p. 20. C. Alcibiad. I. p. 28. A. Alcib. II. p. 41. C. Theaet. p. 114. B. Ἄρτι, ἢ πάλαι ἐξ ἀγροῦ; ubi vide Scholiaſten. Criton. p. 369. F. Ἄρτι δὲ ἥκεις, ἢ πάλαι; & ſaepe alibi. Cum Futuro (quod ſe *Phrynichus* reperiſſe negat) conſtruitur Charmid. p. 243. F. ἔτι βέλτιον σκεψόμεθα εἰ ἄρτι καὶ ἡμᾶς ὀνήσει τοσοῦτον ὄν.

82. Ἀσκωλίζοντες.] Sympoſ. p. 322. E. ὥστ' ἐφ' ἑνὸς πορεύσονται σκέλους ἀσκωλιάζοντες. ubi vide Scholia. *Stobaeus* p. 618. in hoc loco legit ἀσκωλίζοντες, ut *Timaeus* noſter: quanquam hujus deſcriptor, *Suidas* dedit ἀσκωλιάζοντες. Forma ἀσκωλίζειν prorſus damnata eſt a viris doctiſſimis ad *Heſych.* T. I. p. 574. Sed bene judicat *Jungerman.* ad *Polluc.* II. 194. utramque uſitatam fuiſſe. Idque plane confirmatur a *Phrynicho* MS. Ἀσκωλιάζειν καὶ Ἀσκωλίζειν σημαίνει τὸ ὥσπερ ὑπὸ σκώλου πεπληγμένον ἐφ' ἓν σκέλος ἅλλεσθαι. *Plutarch.* Sympoſ. I. 4. p. 621. E. προστάττοντες ᾄδειν ψελλοῖς, ἢ κτενίζεσθαι φαλακροῖς, ἢ ἀσκωλιάζειν χωλοῖς. *Aelian.* H. A. Lib. III. cap 13. de gruibus: καὶ ὑπὲρ τοῦ μὴ κατακοιμίσαι τὴν φυλακὴν ἑστᾶσι μὲν ἀσκωλιάζουσαι. *Alciphron* Lib. III. Ep. 51. p. 392. οἷα γὰρ καὶ νεουργεῖν ἐπιχειροῦσιν, ἀναγκάζοντες ἀσκωλιάζοντας πίνειν. Scholiaſt. *Ariſtoph.* ad Plut. 1110. Apud *Heſychium* eſt: Ἀγκωλιάζων. ἁλλόμενος τῷ ἑτέρῳ ποδί. quod fruſtra in vulgarem formam mutatur a viris eruditis. Eſt enim ex Cretenſium dialecto. Lexicon Sangerm. MS. Ἀγκωλιάδδειν. ἅλλεσθαι. Κρητεῖς. ex quo Creticam formam ἀγκωλιάδδων *Heſychio* redde. Figuram ſaltantium ſupra utres oleo lixiviave unctos ex anaglypho prodidit *Fr. Ant. Gorius* Inſcript. Antiqu. Part. II p. 104. ubi plura de ἀσκωλιασμῷ in Notis afferuntur.

83. Ἢ στερούμενοι] Apud *Suidam* ſcribitur: ὑστερούμε-

Ἀσπαλιεύς [84]. ἁλιεὺς, ἀπὸ τοῦ ἀποσπᾷν τὴν ἄγραν.

Ἀτάρ [85]. σύνδεσμος ἀντὶ τοῦ δή.

Ἀτεχνῶς [86]. ἀντὶ τοῦ ἀληθῶς καὶ χωρὶς πανουργίας, καὶ οἷον ἁπλάστως.

Ἀτενής [87]. ἢ ὁ τῷ ἤθει εὐθὺς καὶ ἀκλινὴς, ἢ ὁ σκληρὸς, καὶ ἀνύπεικτος πρὸς ὃ χρὴ ὑπεῖξαι.

Ἀτι-

τοι τοῦ κ. φ. quod aeque rectum eſt, atque alterum. Ep. ad Rom. III. 23. Egregie *Epaphroditus* apud *Etymol. M.* p. 155. 35. Ἀσκωλιάζειν ἐςὶ, τὸ ἵςασθαι ἐφ' ἑνὸς ποδὸς ἐφαλλόμενον, ἢ ςερούμενον τοῦ κατὰ φύσιν· εἴρηται παρὰ τὸ σκῶλον, ὅ ἐςι σκόλοπα, τῷ ἑνὶ ποδὶ ἅλλεσθαι· ἀπὸ τοῦ πατούντων σκόλοπα καὶ χωλευόντων· ὅπερ Ἐπίχαρμος ἐν τοῖς Πέρσαις σκωλοβατίζειν φησί. Σκωλιάζειν οὖν κ. λ.

84. Ἀσπαλιεύς.] Sophiſt. p. 149. F. 150. F. G. ubi nunc legitur ἀσπαλιευτὴς, quod & ipſum Atticum eſt. Vide *Moeridem* p. 42. Pro ἀποσπᾷν τὴν ἄγραν *Suidas* habet σπᾷν τ. ἄγ. *Etymol. M.* p. 156. 36. ut *Timaeus*, παρὰ τὸ ἀποσπᾷν τοὺς ἰχθῦς ἐκ τῆς θαλάσσης. In utroque malim ἀνασπᾷν.

85. Ἀτάρ.] Alcibiad. I. p. 38. G. μᾶλλον μὲν πάντες ἄνθρωποι, ἀτὰρ νῷ γε καὶ μάλα σφόδρα. Minoë p. 46. F. πολλαχῇ καὶ ἄλλοθι δῆλοι, ἀτὰρ καὶ ἐνταῦθα. Phileb. p. 94. H. ἀτὰρ κινδυνεύει καὶ ὁ ἡμέτερος λόγος. Hippia Maj. p. 95. E. ἀτὰρ, ὦ Ἱππία, τί ποτε τὸ αἴτιον. Ibid. p. 96. B. 98. A. 101. H. Theaet. p. 114. C. ubi vide Scholia. Protag. p. 203. G. Euthyd. p. 228. D. & centies alibi. *Euſtath.* ad Il. X. p. 1272. 20.

86. Ἀτεχνῶς.] Euthyphr. p. 48. C. ἀτεχνῶς γάρ μοι δοκεῖ ἀφ' ἑςίας ἄρχεσθαι κακουργεῖν τὴν πόλιν. ubi vide Scholiaſten. Ione p. 144. D. ἀλλ' ἀτεχνῶς νυςάζω. Euthydem. p. 215. A. πάνσοφοι ἀτεχνῶς. Charmid. p. 235. E. ἀτεχνῶς γὰρ λευκὴ ςάθμη εἰμί. Lachet. p. 249. C. καὶ ἀτεχνῶς τὸ λεγόμενον κατὰ τὴν παροιμίαν ὑμῖν συμβαίνη. Theaetet. p. 118. B. 122. C. 130. B. Protag. p. 200. A. 210. E. Clitoph. p. 256. C. Cratyl. p. 262. D. & cet. Vide *Ammon.* in v. & ibi laudatos.

87. Ἀτενής.] Propriam

VO-

vocis vim declarat *Euripides* apud *Heſych.* in v. Ἥκω δ᾽ ἀτενὴς ἀπ᾽ οἴκων. *contento gradu ex aedibus venio.* Sic *qui oculos acriter intendit & defigit*, dicitur ἀτενὲς βλέπειν, vel ἀτενίζειν. Sic *qui intento animo aliquid conſiderat*, καταμαθεῖν ἀτενὲς, apud *Epicharmum Diog. Laërt.* III. 16. quo reſpexit *Suidas* v. Ἀτενές. niſi forte ob oculos habuerit alterum ejusdem poëtae locum apud *Athen.* VII. p. 277. F. περὶ μὲν γ᾽ ἀτενὲς ἀπ᾽ ἀοῦς ἀφύας ἀποπυρίζομες στρογγύλας. Hinc eleganter transfertur ad *hominem rigidum, & propoſiti tenacem, quem*, ut ille ait, *nihil mente quatiat ſolida.* *Plato* Polit. VIII. p. 493. B. ἅτε οὐκέτι κεκτημένη ἁπλοῦς τι καὶ ἀτενεῖς τοὺς τοιούτους ἄνδρας. *Euripides* apud *Stob.* p 249. Καλόν γ᾽ ἀληθὴς καὶ ἀτενὴς παῤῥησία. *Plutarch.* Coriolan. p. 220. E. ἀλλ᾽ ἁπλοῦς τις ὢν ἀεὶ καὶ ἀτενὴς, καὶ τὸ νικᾶν καὶ κρατεῖν ἁπάντων, πάντως ἀνδρείας ἔργον ἡγούμενος. *Maxim. Tyr. Diſſ.* XI. p. 117. ἄστρεπτον τὸ θεῖον, καὶ ἀτενὲς, καὶ ἀπαραίτητον. *Longus* Paſtoral. L. IV. p. 168. ὡς δὲ ἀτενὴς ἦν καὶ κατὰ πάντων ὤμνυε θεῶν. Saepe in malam partem uſurpatur de *homine pervicaci & intractabili.* *Phrynichus* ineditus: Ἀτενὴς καὶ ἀτεράμων ἄνθρωπος. Ταυτὸν τὸ ἀτενὴς τῷ ἀτεράμων· τὸ μέντοι ἀτεράμων κυρίως ἐπὶ τῶν δυσεψήτων ὀσπρίων τιθέασιν. quae referenda ſunt ad *Ariſtophanis* Veſp. v. 729. Μηδ᾽ ἀτενὴς ἄγαν γ᾽, ἀτεράμων τ᾽ ἀνήρ. ubi adeundi veteres Critici. *Plutarch.* Catone p. 339. A. ἀτενοῦς ἄγαν ἤθους ἐγὼ τίθεμαι, καὶ μηδὲν ἀνθρώπῳ πρὸς ἀνθρώπους οἰομένου κοινώνημα τῆς χρείας πλέον ὑπάρχειν. Sic legendum eſſe docuit *J. M. Gesnerus* ad *Plin.* VIII. Epiſt. 16. quod confirmare potuiſſet ex *Thom. Mag.* v. Ἀτενὲς ἦθος. Vulgo editur ἀγεννοῦς pro ἀτενοῦς. quarum vocum altera alterius locum ſaepe occupavit, v. c. apud *Maxim. Tyrium* Diſſ. XXXVII. p. 441. Τοῦτο ἄρα δρῦς ἐλέγετο ἄγειν, εἰκαζόντων τὸ ἀγεννὲς τοῦ τῶν κηλουμένων τρόπου ἀψύχοις σώμασιν. Quis non potius ſcribat: τὸ ἀτενὲς τοῦ τῶν κηλ. τρ. *Themiſt. Orat.* XXVIII. p. 342. B. ἐπίσταμαι γὰρ ἀκριβῶς αὐτῶν τὴν φύσιν, ὅτι σκληρὰ, αὐθέκαστος, καὶ ἀτενής. Pſephisma Laconicum de Timotheo ex recenſione *Edm. Chiſbulli* Antiqu. Aſiat. p. 128. ἀτενῆ καὶ ποικίλαν ἀντ᾽ ἁπλόας καὶ τεταμμέναρ ἀμφιέννυται τὰν μῶαν. ubi vir Graecarum literarum exquiſita ſcientia praeditus, *Joannes Luzacius*, bene cor-

Ἀτιμώρητος[88]. ἀβοήθητος, ἢ θαυμαστός· ἐστὶ δ᾽ ὅτε καὶ ὁ κακός.

Ἀτύφου μοίρας[89]. τῆς ἀβλαβοῦς ὑπὸ τύφου, καὶ μὴ τεθυμμένης.

Ἀτυ-

corrigit, ἀγεννῆ καὶ ποικίλων. *Plutarchus* ἀτενὴς de *corporalibus* etiam *rebus* uſurpavit. Sympoſ. II. 6. p. 640. E. ἡ γὰρ (γῆ) ἀτενὴς καὶ σκληρὰ δυσμετάβλητος. Themiſtocl. p. 119. C. ὃ (κῦμα) τὰς μὲν Ἑλληνικὰς οὐκ ἔβλαπτε ναῦς, ἀτενεῖς οὔσας καὶ ταπεινοτέρας. quo in loco *Henr. Stephan.* Theſ. Gr. L. Tom. III. p. 1284. ἀτενεῖς minus bene exponit *demiſſiores*. Sunt enim *firmiter compactae*. Vide *P. Weſſelingium* ad *Herodot.* VIII. 60.

88. Ἀτιμώρητος.] Legg. V. p. 605. F. ὥστ᾽ οὐκ ἄν ποτε ἀτιμώρητος πάθοι ὁ τυχὼν ὧν ἔπαθε. VI. p. 618. A. κολαζέσθω τε πληγαῖς ὑπὸ τοῦ συντυγχάνοντος, καὶ ἐθέλοντος κολάζειν, ἀτιμωρήτως. XII. p. 693. B. ζῶντα γὰρ ἔδει βοηθεῖν πάντας τοὺς προσήκοντας, ὅπως ὅτι δικαιότατος ὢν καὶ ὁσιώτατος ἔζη τε ζῶν, καὶ τελευτήσας, ἀτιμώρητος ἂν κακῶν ἁμαρτημάτων ἐγίγνετο τῶν κατὰ τὸν ἐνθάδε βίον. *Thomas M.* p. 856. ἀτιμώρητος, ὁ ἀκόλαστος, καὶ ὁ ἀβοήθητος. Pro ἀτιμώρητος eſt ἄτιμος Gorg. p. 306. E. & Legg. IX. p. 652. F. ubi vide Scholiaſten. Saepe ea notione occurrit apud Tragicos. Vocem θαυμαστὸς, etſi nihil variat *Suidas*, mendoſam eſſe, perſpicuum eſt. *Abreſchius* Auctar. Dilucid. *Thucyd.* p. 312. legit θανάσιμος· quod nihili eſt.

89. Ἀτύφου μοίρας.] Phaedr. p. 338. A. Εἴτε τι θηρίον ὂν τυγχάνω, Τυφῶνος πολυπλοκώτερον, καὶ μᾶλλον ἐπιτεθυμμένον, εἴτε ἡμερώτερόν τε καὶ ἁπλούστερον ζῶον, θείας τινὸς καὶ ἀτύφου μοίρας φύσει μετέχον. quem locum laudavit *Plutarch.* adv. Colot. p. 1119. B. & imitati ſunt haud pauci. *Themiſt.* Orat. I. p. 3. B. ἀλλ᾽ ἐπὶ τὸ πάντων εὐκολώτατόν τε, καὶ ἡμερώτατον, θείας τε ὄντως δή τινος, καὶ ἀτύφου μοίρας φύσει μετέχον, ζῶον ἐρχόμενον. *Syneſ.* de Regn. p. 20. A. τὸ θείας μετειληχὸς μοίρας, ἀξιοῖ πάντη ἄτυφον εἶναι. Eodem allu-

Ἀτυχῆσαι [90]. μὴ τυχεῖν.
Αὔην καὶ ξηρὰν [91] παραλλήλως εἶπεν. ἔστι δὲ ταὐτόν.
Αὐτίκα [92]. ἅμα καὶ τότε εὐθέως.

Ἀχα-

allusit Philoſtrat. V. A Lib. VI. cap. 3. p. 237. ἀλλ' ἦν τῆς ἀγροικοτέρας τε καὶ ἀτέχνου μοίρας. In Oenomao apud Euſeb. P. E. V. 21. p. 213. pro παρεμφαίνει μὲν τὴν ἔκτυφον μοῦσαν, Collatio MS. in ſchedis Voſſianis habet, παρεμφαίνει μὲν τὴν ἔκτυφον μοῖραν, quam lectionem eruditi conſiderent. De aliis, quae huc pertineant, pulcherrime diſputat Hemſterhuſius ad Heſych. Tom. I. p. 491. Partem hujus gloſſae reperias etiam apud Suidam. Pro τιθυμμένης MS. prave τεθρυμμένης. Conf. v. Τιθυμμένης, & quae ibi dicemus.

90. Ἀτυχῆσαι.] Theaetet. p. 133. A. Οὐ δὲ ἀληθείας τις ἀτυχεῖ, ποτὲ τούτου ἐπιστήμων ἔσται; Gorg. p. 287. A. ἔπειτα σὺ ἐνταῦθα τούτου μόνου ἀτυχήσαις. Phaedr. p. 338. D. ἀξιῶ δὲ μὴ διὰ τοῦτο ἀτυχῆσαι ὧν δέομαι. Legg. VII. p. 635. B. οὐδ' οἷόν τε τῶν ζώντων οὕτως ἀτυχῆσαι τοῦ προσήκοντος. IX. p. 660. F. ὧν αὐτῇ τυχοῦσα μὲν βιώτεον, ἀτυχήσασα δὲ, τοὐναντίον. X. p. 672. E. ταύτης τῆς δίκης οὔτε σὺ μήποτε, οὔτε εἰ ἄλλος ἀτυχὴς γενόμενος ἐπεύξηται περιγενέσθαι θεῶν. Axioch. p. 729. A. Ἀλλ' οὐκ ἀτυχήσεις μου οὐδενὸς τῶν μετρίων. Arrian. de Exped. Alex. III. 5. οὐκ ἔστιν ὅντινα ἀτυχήσαντα ὧν ἐδεῖτο ἀπέπεμψε. Damaſcius apud Phot. p. 1069. καίτοι ἀρχὴν ἀτυχοῦντες εὐαγωγίας φιλοσόφου. Lexicon Sangerm MS. Ἀτυχεῖν. τὸ μὴ τυγχάνειν τινὸς, ἀλλὰ διαμαρτάνειν. Εὔπολις Δήμοις· Λέγ' ὅτου 'πιθυμεῖς. οὐ γὰρ ἀτυχήσεις ἐμοῦ. Eundem Eupolidis verſum ſic laudat Priſcianus XVIII. p. 1175. Λέγε ὧν ἐπιθυμεῖς, καὶ οὐδὲν ἀτυχήσῃς ἐμοῦ. Etymol. M. p. 168. 17. Ἀτυχεῖν, ἀντὶ τοῦ ἀποτυχεῖν Πλάτων λαμβάνει. Timaei gloſſulam deſcripſit Suidas.

91. Αὔην καὶ ξηρὰν] Legg. VI. p. 517. E. ὕλην παρατιθέντας αὔην καὶ ξηρὰν ἄφθονον. Pro παραλλήλως MS. παραλλήλοις.

92. Αὐτίκα] Corrigendum fortaſſe: Αὐτίκα μάλα. καὶ τότε εὐθέως. niſi quid exciderit. Gorg. p. 283. A.

ὅτι

Digitized by Google

Ἀχαριστεῖν [93]. μὴ χαρίζεσθαι.



ὅτι σοι αὐτίκα ἂν παραστᾶιεν οἱ δημιουργοὶ τούτων. Ib. p. 286. B. αὐτίκα ἐπισκεψόμεθα. p. 290. C. κατειαγὼς ἔσαι αὐτίκα μάλα. Quae verbi notio apud *Platonem*, aliosque toties occurrit, ut nullis confirmari debeat teſtimoniis. Frequens etiam, ſed vulgo minus intellecta, illa vis eſt, qua, initio ſententiae, in probandis argumentis, pro *exempli gratia*, *verbi cauſſa*, accipitur. Alcib. II. p. 38. E. ὥσπερ τὸν Οἰδίπουν αὐτίκα φασὶν εὔξασθαι. Ib. p. 39. B. Αὐτίκα, τῶν σῶν ἡλικιωτῶν εἴ τινες τυγχάνουσιν ἄφρονες ὄντες. Ib. p. 41. A. εἴ τοι αὐτίκα μάλα παρασταίη. & paullo poſt: Οὐκοῦν οἱ ῥήτορες αὐτίκα, κ. λ. Minoë p. 44. G. ἐπεὶ αὐτίκα ἡμῖν μὲν οὐ νόμος ἐστὶν ἀνθρώπους θύειν. Theaet. p. 124. D. αὐτίκα γὰρ, δοκεῖς τινά σοι συγχωρήσεσθαι; Protag. p. 196. G. ἀλλ' ὥσπερ ἂν εἰ αὐτίκα μεταβαλὼν τὴν ἐπιθυμίαν Ἱπποκράτης κ. λ. Lachet. p. 252. F. ἐπεὶ αὐτίκα ἐν ταῖς νόσοις οὐχὶ οἱ ἰατροὶ τὰ δεινὰ ἐπίστανται; Gorg. p. 201. D. αὐτίκα πρῶτον, περὶ οὗ νῦν ὁ λόγος ἐστὶ, σὺ ἡγῇ οἷόν τε εἶναι; Ib. p. 295. G. Phaedr. p. 340. C. Legg. V. p. 604. B. p. 607. H. *Callimach.* H. in Jov. v. 76. Αὐτίκα χαλκῆας μὲν ὑδείομεν Ἡφαίστοιο. Et ſic centies alii ſcriptores, Attici praeſertim. Veram vocis poteſtatem non primus *Tan. Faber* ad *Lucretium*, ut credit *Toupius* ad *Longin.* p. 196. ſed jam olim *Devarius* de Partic. p. 51. & *Caſaubonus* ad *Athen.* VIII. 9. p. 604. nuper viri Graecarum Latinarumque elegantiarum peritiſſimi, *Jo. Auguſtus Erneſtus* ad *Xenophont.* Memorab. IV. p. 202. & *Jer. Marklandus* ad *Lyſiae* Orat. XIX. p. 581. praeclare demonſtrarunt. Pro αὐτίκα eodem ſenſu etiam εὐθὺς vel εὐθέως dici, quod *Caſaubonus* l. c. rariſſimum putabat, exemplis planum fecerunt *Raphelius* ad *Arrian.* de Exp. Alex. VI. 11 & *Koenius* ad *Gregor.* de Dialect. p. 194. Latini, *continuo*, *ne longe abeam*, Galli, *d'abord.*

93. Ἀχαριστεῖν,] Gloſſa

Ἀστόξενος [94]. ὁ μὴ ἔχων ἐν τοῖς πολίταις οἰκίαν ἰδίαν.

## B.

**B**άδην [1]. ἐπειγομένη πορεία.

Βα-

a *Suida* etiam deſcripta, referenda eſt ad Sympoſ. p. 320. G. τοῖς μὲν ἀγαθοῖς ἑκάστου τοῦ σώματος καὶ ὑγιεινοῖς καλὸν χαρίζεσθαι, καὶ δεῖ, — — τοῖς δὲ κακοῖς καὶ νοσώδεσιν αἰσχρόν τε, καὶ δεῖ ἀχαριστεῖν. *Antiphon* apud *Stob*. p. 281. καὶ ὅτι οἱ μεταμέλει οὐ χαρισαμένῳ, ἀλλ' ἀχαριστήσαντι. quem locum laudat *Harpocration* in v. ubi videndus *Mauſſacus*. Lexicon Rhetor. MS. Ἀχαριστεῖν τέτακται μὲν ὡς ἐπὶ τὸ πλεῖστον πρὸς τοὺς εὖ παθόντας, ὅταν μὴ βούλωνται χάριν ἐκτίνειν τοῖς εὖ πεποιηκόσιν· ἔσθ' ὅτε δὲ καὶ ἐπὶ τοῦ χαρίζεσθαι μὴ θελόντων χρῶνται τῷ ἀχαριστεῖν. Vide *Lennepium* ad *Phalarid*. p. 13, 89.

94. Ἀστόξενος.] Cum Gloſſographo noſtro prope ad verbum congruit *Heſychius* v. Ἀστύξενοι. Varias Grammaticorum de hac voce opiniones accurate expoſuit *Pollux* III. 60. Ἀστόξενος κατὰ μέν τινας, ὁ αὐτὸς τῷ ἰδιοξένῳ· κατὰ δὲ ἄλλους, ὁ γένει μὲν ξένος, τιμῇ δὲ ἀστός· ἐνίοις δὲ δοκεῖ, ὁ φύσει μὲν ἀστὸς, δόξῃ δὲ ξένος, ὡς Δαναὸς Ἀργείοις, ἀπὸ Ἰοῦς τῆς Ἀργείας ἔχων τὸ γένος. *Aelii Dionyſii* & *Pauſaniae* ſententiam retulit *Euſtath*. ad Il. Γ. p. 405. Adde *Heſych*. v. Ἀστόξενοι, *Suidam* v. Ἰδιόξενος, & *Moſchopul*. περὶ σχεδῶν p. 119. Quod apud *Heſychium* legitur: Αὐτοξενεῖν. ἐν ἴσῳ τῷ Προξενεῖν. ipſius errore natum videtur ex Ἀστοξενεῖν. Gloſſae ſedem fruſtra in *Platone* quaeſivimus.

1. Βάδην.] Addenda negatio, οὐκ ἐπειγομένη πορεία. Gloſſa huc, ni fallor, ex *Herodoteis* irrepſit. Lib. IX. 57. ἀναλαβόντα τὸν λόχον ὅπλα ἦγε βάδην πρὸς τὸ ἄλλο στῖφος. *Homerus* Il. N. 516. Τοῦ δὲ βάδην ἀπιόντος ἀκόντισε δουρὶ φαεινῷ. *Aeſchyl*. Perſ. v. 19. —— ἔβαν, οἱ μὲν ἐφ' ἵππων, οἱ δ' ἐπὶ ναῶν, πεζοί τε βάδην. *Ariſtoph*. Lyſiſtr. v. 254. Χωρεῖ Δράκης, ἡγοῦ βάδην. *Soſipater* apud *Athen*. L. IX. p. 378. F.

**Βαθεῖαν αὔλακα** [2]. ὅπερ ἐστὶ χισῆς γῆς ὑπὸ ἀρότρου. μεταφορικῶς ἀπὸ τούτου βαθείας φρένας καὶ κεκρυμμένας σημαίνει.

Βάλλ'

F. Πότε δεῖ πυκνότερον ἐπαγαγεῖν, καὶ πότε βάδην. *Philoſtrat.* de Vit. Sophiſt. L. II. p. 589. καὶ δρόμῳ ἐχώρουν ἐς τὸ Ἀθήναιον, ὁρμῆς μεστοὶ, καὶ τοὺς βάδην πορευομένους κακίζοντες. *Eunap.* Jamblich. p. 25. βάδην καὶ χολαίως περιιόντες. Proaereſ. p. 142. οἱ δὲ μόλις μὲν καὶ βάδην συνήσθαν. Sed notior haec forma eſt, quam ut exemplis illuſtranda ſit.

2. Βαθεῖαν αὔλακα.] In his mutuam ſibi operam praeſtant *Timaeus* & *Suidas*. Primum in *Suida* reſtitue ex *Timaeo*, ὅπερ ἐστὶ χισῆς γῆς pro ὅπερ ἐστὶ στίχος γῆς. niſi in utroque Grammatico utramque lectionem conjungere malis: ὅπερ ἐστὶ στίχος χισῆς γῆς. ut *ordines ſulcorum* ſignificentur. Tum in *Timaeo* legendum ex *Suida*, ἀπὸ τούτου βαθείας φρένας καὶ κεκρυμμένας σημαίνει. Vitioſe Codex MS. ἀπὸ τοῦ βαθείας φρενὸς καὶ κεκρυμμένης σημαίνει. Alterutrum horum Grammaticorum deſcripſit *Etymol.* M. p. 185. 31. cujus lectio & ipſa mendoſa eſt: Βαθεῖαν αὔλακα. ὅπερ ἐστὶ στίχις γῆς ὑπὸ ἀρότρου· ἡ μεταφορὰ ἀπὸ τοῦ βαθείας φρένας καὶ κεκρυμμένας. quae ab eruditiſſimo *Sylburgio* non ſatis intellecta, ad eam normam, quam in *Timaeo* dedimus, refingenda ſunt. Pertinet vero gloſſa ad Polit. II. p. 423. D. τὸ δὲ τοῦ Αἰσχύλου πολὺ ἦν ἄρα ὀρθότερον λέγειν κατὰ τοῦ ἀδίκου. τῷ ὄντι γὰρ φήσουσι τὸν ἄδικον, ἅτε ἐπιτηδεύοντα πρᾶγμα ἀληθείας ἐχόμενον, καὶ οὐ πρὸς δόξαν ζῶντα, οὐ δοκεῖν ἄδικον, ἀλλ' εἶναι ἐθέλειν, Βαθεῖαν ἄλοκα διὰ φρενὸς καρπούμενον, Ἐξ ἧς τὰ κεδνὰ βλαστάνει βουλεύματα. *Aeſchyli* locus eſt Sept. contr. Theb. v. 599. ubi vide Schol. & *Stanlej.* Eosdem Jambos laudavit *Plutarch.* Ariſtid. p. 320. C. & T. II. p. 88. B. 186. B. expreſſit *Damaſcius* apud *Phot.* p. 1031. οὐ δοκεῖν δὲ δίκαιος, ἀλλ' εἶναι ἤθελε, βαθεῖαν τῷ ὄντι καὶ αὐτὸς αὔλακα διὰ φρενῶν καρπούμενος. & p. 1055. καὶ ἐξ ὧν ἔγραψεν δῆλος ἦν ὁ βαθεῖαν αὔλακα τῶν νοημάτων καρπούμενος, ἐξ ὧν τὰ σοφὰ βλαστάνει θεάματα τῆς τῶν ὄντων φύσεως. attigerunt *Iſ. Caſaub.*

ad

Βάλλ' εἰς μακαρίαν 3. ἀντὶ τοῦ, βάλλ' εἰς ᾅδου. ἐπεὶ τοὺς ἀποθανόντας Μακαρίτας 4 ἔθος καλεῖν· ἢ ὅτι ἡ Μακαρία 5 θυγάτηρ οὖσα τοῦ Ἡρακλέους, ἑκοῦσα ὑπὲρ τοῦ τῶν Ἡρακλειδῶν γένους ἀπέθανεν.

Βά-

ad *Sueton.* Vitell. cap. 13. & *H. Valeſ.* ad Excerpt. Peireſc. p. 23. denique bene explanavit *Bern. Martin.* Var. Lect. II. 4.

3. Βάλλ' εἰς μακαρίαν.] Hipp. Maj. p. 100. E. Τί τοῦτο, βάλλ' εἰς μακαρίαν, ὦ ἄνθρωπε; οὐδ' εὔφημα πάνυ γε τὰ ἐρωτήματα. ubi vide Scholiaſten. *Alciphron* Lib. I. Epiſt. 9. p. 32. Lib. III. Epiſt. 32. p. 343. & ibi *Steph. Bergler.* *Julian.* Caeſar. p. 333. A. Scholiaſt. *Ariſtoph.* ad Equit. v. 1148. *Euſtath.* ad Od. Λ. p. 1405. ut alios mittam. Singulare & rarum eſt, quod *Photius* Lexico MS. e Comico quodam affert: Εἰς ὀλβίαν, ὡς εἰς μακαρίαν, τὸ εἰς ᾅδου. ubi ſcribe, ἢ εἰς ᾅδου.

4. Μακαρίτας.] Euphemiſmus magis uſitatus ſcriptoribus Chriſtianis, quam veteribus Graecis. *Aeſchylus* apud *Stob.* p. 609. πᾶς γάρ λέγει τις, ὁ μακαρίτης οἴχεται. *Alciphron* III. 37. ἐπεὶ γὰρ τὸν μακαρίτην ἐκ-ἔβαλον Φαιδρίαν. *Artemidor.* IV. 74. ὁ Πλούταρχος εἷς τῶν ὑγρὸν ἀναβαίνειν ἔδοξε· καὶ τῇ ἐπιούσῃ ὄναρ ὑπεκρίνατό τις αὐτῷ τὸ ὄνειρον, καὶ ἔφη μακάριον ἔσεσθαι αὐτόν. i. e. *moriturum.* *Photius* Lexico MS. Μακαρίτας, τοὺς τεθνηκότας, οὕτως Μένανδρος. Eosdem a Doribus ζαμερίτας, tanquam melioris ſortis participes factos, appellatos eſſe, tradit idem *Photius*, & ex eo *Suidas* v. Μακαρίτης. *Beati* & *Felices* dicebantur a Latinis. Lapis apud *Reineſ.* Inſcript. Claſſ. XVII. n. 55. *Vale feliciſſima anima.* Plura *Lambinus* ad *Horat.* I. Serm. 9. 28. & *Huetius* in Anthol. p. 5. Bene monet *R. Bentlejus* Diſſ. de *Phalaride* p. 9. Graecos nunquam nomine μακαρίτης, niſi de nuper mortuis, uti.

5. Μακαρία.] De *Macaria* vide quos laudat *Ti. Hemſterhuſ.* ad *Ariſtoph.* Plut. p. 113. Paullo poſt MS. ἑκοῦσα ὑπὲρ τοῦ.



6 Βά-

Βάραθρον [6]. ὄρυγμα φρεατι ὅμοιον, ἔνθα οἱ καταδικαϛ θέντες ἐβάλλοντο.

Βδελυρός [7]. αἰσχροποιός.

Βέβηλοι [8]. ἀμύητοι.

Βλάξ [9]. ὁ διὰ νωθρείαν ἁμαρτηκώς.

Βλε-

6. Βάραθρον.] Gorg. p. 309. H. Μιλτιάδην δὲ τὸν ἐν Μαραθῶνι εἰς τὸ βάραθρον ἐμβαλεῖν ἐψηφίσαντο. Creberrima apud *Ariſtophanem*, aliosque ſcriptores Atticos βαράθρου mentio. Vide *Harpocrat.* in v. & Lexicon Rhetoricum Bibl. *Coiſlin.* p. 491.

7. Βδελυρός.] Polit. I. p. 414. D. Βδελυρὸς γὰρ εἶ, ἔφη, ὦ Σώκρατες. *Theopompus* apud *Athen.* L. IV. p. 167. B. ὁ λάσταυρος, ὁ βδελυρὸς, ὁ θρασὺς τὸν τρόπον. *Dio Chryſoſt.* Orat. LV. p. 561. C. ἐπεὶ δὲ ἀναίσχυντον καὶ βδελυρὸν, περὶ ἀναιδείας καὶ βδελυρίας. Sed exemplorum pleni ſunt ſcriptores veteres. Vide Schol. *Ariſtoph.* ad Nub. v. 445. *Iſ. Caſaub.* ad *Theophraſt.* περὶ βδελυρίας p. 241. & *Deſ. Herald.* in *Tertull.* Apol. p. 32. Gloſſa etiam eſt apud *Suidam.*

8. Βέβηλοι.] Sympoſ. p. 334. C. οἱ δὲ οἰκέται, καὶ εἴ τις ἄλλος ἐστὶ βέβηλός τε καὶ ἄγροικος, πύλας πάνυ μεγάλας τοῖς ὠσὶν ἐπίθεσθε. quibus verbis expreſſit notiſſimum *Orphei* verſum: Φθέγξομαι, οἷς θέμις ἐστί· θύρας δ᾽ ἐπίθεσθε βέβηλοι. ad quem praeter alios auctores, a *Spanhemio* ad *Callim.* H. in A-poll. v. 2. indicatos, alluſit etiam *Ariſtid.* Tom. II. p. 129. τῶν δὲ βεβήλων ὀλίγος ὁ λόγος· πάντως δὲ οὐδὲν δεῖ πύλας αὐτοὺς ἐπιθέσθαι τοῖς ὠσὶν, ἀλλ᾽ ἐπίκειται πάλαι. ubi vide Scholiaſt. *Libanius* Ep. 475. τίς ἂν ὁ τοῦ βεβήλου καιρὸς, καὶ τοῦ τὰς θύρας ἀποκλείειν. Mitto *Gregor. Nazianz.* Or. XXXIII. p. 532. C. aliosque Patres Eccleſiaſticos.

9. Βλάξ.] Politic. p. 191. A. τὰ δὲ βαρύτερα καὶ βραδύτερα, καὶ μαλακώτερα, δειλὰ καὶ βλακικά. ubi vide Scholia. Euthyd. p. 221. D. ἐξήμαρτον διὰ τὴν βλακείαν. Gorg. p. 298. A. πάνυ με ἡγοῦ βλᾶκα εἶναι. ubi mirificam vocis originem tradit *Olympiodorus* in Commen-

mentario MS. Βλάκα εἶναι, ἀντὶ τοῦ, χαῦνον τῇ προαιρέσει. Τὸ δὲ Βλὰξ ὄνομα γέγονεν ἀπὸ τοῦ μαλακοῦ. ἦν οὖν μάλαξ τίς· εἶτα εἶχεν εἶναι μλάξ. Ἀλλ' ἐπειδὴ τὸ μ μετὰ τοῦ λ οὐ συμπλέκεται), ἐτράπη εἰς τὸ β, καὶ γέγονε βλάξ. quibus gemina dederunt *Etymol. M.* in v. & Scholiaſtes ad h. l. Polit. IV. p. 450. D. Ἡ μὴν βλακικόν γε ἡμῶν τὸ πάθος. ex quo loco emendandus eſt *Erotianus* v. Βλακεύειν, & *Etymol. M.* p. 199. 7. quod, ut leve, ſine admonitione praeteriiſſem, niſi accuratiſſimum *Sylburgium* fefelliſſet. *Platonis* βλακικὸν πάθος in alium ſenſum flexit *Julianus* Ep. 12. Ταῦτα κατελήρησα, παθών τι βλακῶδες. Legg. I. p. 570. B. ἐπαινετὰ μὲν πάντ' ἐστὶ τὰ τοιαῦτα, ὅπου τινὲς ἔνεισι καρτερήσεις· ὅπου δ' ἀνεῖνται, βλακικώτερα. *Teles* apud *Stob.* p. 847. ἀλλ' οὖν γε ἄνδρα, καὶ οὐ βλάκα. *Heraclitus* ap. *Plutarch.* T. II. p. 28. D. & p. 41. A. Βλὰξ ἄνθρωπος ἐπὶ παντὶ λόγῳ φιλεῖ ἐπτοῆσθαι. *Lucian.* Toxar. p. 522. βλάκα ἐραστὴν ἐκπυρῶσαι. Et ſic idem alibi. *Pollux* I. 158. Sed ut βλὰξ non ſolum *fatuum* ac *ſtupidum* ſignificat, ſed & *imbellem & ſocordem*, ſic βλακεύειν dicitur de eo, *qui quid tarde & remiſſe agit. Dio Chryſoſt.* Orat. XX. p. 263. D. δι' ἣν βλακεύων τε καὶ ἀσχολούμενος ἀναλώσει καὶ πάνυ πολὺν χρόνον. *Aelian.* H. A. Lib. IV. cap. 43. μηδὲ νύκτωρ βλακεύειν, μηδὲ ἐλινύειν. Idem Lib. V. cap. 12. VI. 1. VII. 1. IX. 3. 8. Epilog. p. 971. *Philoſtrat.* V. A. Lib. VII. cap. 14. p. 292. εἰ δὲ προδιδόντων σφᾶς, ἢ βραδυνόντων, ἢ βλακευόντων πρὸς τὴν αἰτίαν. *Libanius* Opp T. II. p. 170. C. ἔπειτα τὸ τῶν τις ὁμιλητῶν ἐβλάκευεν; Ibid. p. 315. B. Inprimis voce βλὰξ, & inde derivatis, βλακώδης, βλακικὸς, βλακεύω, βλακεία, delectata eſt *Xenophontis* Muſa Attica, cujus loca viri docti ad *Thom. M.* v. Βλὰξ attulerunt. Atticiſta MS. in Bibl. Medicea: Βλάθας. τοὺς ἀγροίκους. Scribe, Βλάκας, τοὺς ἀργούς. Lexicon MS. in Bibl. Regia: Βλάξ. —— οἱ λέγοντες Βλάκα τὸν ἀλάζονα, σφάλλουσι. Vide *Phrynich.* de Dict. Attic. p. 118. & *Giſb. Koenium* ad *Gregor.* de Dialect. p. 263. Ceterum *Timaei* gloſſa egregie confirmat eruditorum hominum in *Heſychio* emendationem. Nam ubi antea vitioſiſſime legebatur: Βλάξ. ὁ διὰ νωθείαν ἁμαρτητικὸς ἐν τοῖς

Βλιμάζειν [10]. πειράζειν.

Βένδις [11]. ἡ Ἄρτεμις· Θρακεία φωνή· καὶ Βενδίδεια, Ἀρτέμιδος ἑορτὴ παρὰ Θραξίν.

Βλίτ-

περιδήλοις, certa conjectura restituerunt — ἁμαρτηθὲς ἐν τοῖς περιδήλοις.

10. Βλιμάζειν.] Glossa insititia videtur. De ipso verbo nihil fere eſt, quod addam poſt eruditam diligentiam Interpretum ad *Heſych.* in v. & *Jo. Taylori* Lect. *Lyſiac.* cap. IX. p 704. Fugit eos locus *Philoſtrati* Icon. II. 26. p. 851. καὶ τοὺς, ὅσαι περ αἱ ὑπήται, χῆνας, οὐδὲν δεῖ βλιμάζειν. *Gregor.* de Dialect. p. 265. τὸ ἐκθλίβειν, βλιμάζειν. Lexicon Rhetor. MS. Βλιμάζειν, τὸ πειράζειν καὶ ψηλαφᾷν· ἐπεὶ οἱ προσκνώμενοι ταῖς γυναιξὶ βλιμάζουσι, ψηλαφῶσι τοὺς τιτθοὺς, καὶ τὰς πυγὰς, καὶ τὰ ἄλλα μέρη, ἐγείροντες τὰς ἐπιθυμίας. Ἄλλοι δέ φασιν Κλιμάζειν, τὸ διαστρέφειν. Κλίμαξ δέ ἐστι εἶδος ὀργάνου βασανιστικοῦ· οἱ τῇ κλίμακι διαστρέφοντ), τὰ μέλη στρεβλούμενοι. Similia ſunt apud *Etymol. M.* p. 200. 37.

11. Βένδις.] Polit. I. p. 421. fin. Ταῦτα δή σοι, ὦ Σώκρατες, εἱστιάσθω ἐν τοῖς Βενδιδείοις. ubi vide Scholiaſten, & *Proclum* p. 353. & in Tim. Lib. I. p. 9. & 27. *Platonis* hac de re teſtimonio utitur *Strabo* Lib. X. p. 722. Eundem locum reſpexit *Origenes* adv. Celſ. VI. p. 277. ἀλλ' οἱ τοιαῦτα περὶ τοῦ πρώτου ἀγαθοῦ γράψαντες καταβαίνουσιν εἰς Πειραιέα, προσευξόμενοι ὡς θεῷ τῇ Ἀρτέμιδι· καὶ ὀψόμενοι τὴν ὑπὸ Ἰουδαίων ἐπιτελουμένην πανήγυριν. ubi cum *Judaeorum* mentio ridicula ſit, *Hoeſchelius* ἰδιωτῶν conjicit; propius ad literarum veſtigia Ἰδαίων *Kuhnius* ad *Pauſan.* V. p. 392. intelligens certamen Olympicum, quod Dactyli Idaei primi celebrarunt. Sed e *Platone* perſpicuum eſt, *Origenem* ſcripſiſſe: τὴν τῶν Βενδιδείων ἐπιτελουμένην πανήγυριν. Haec *Ti. Hemſterhuſii* emendatio eſt, qua nihil arbitror eſſe verius. Non tamen in ea acquievit *Jo. Toupius* Emend. in *Suid.* T. III. p. 224. mire legens: τὴν ὑπὸ Ἰάδων ἐπιτελουμένην πανήγυριν. quaſi vero mulieres, ſine viris, Ben-

di-

Βλίττειν [12]. ἀφαιρεῖν τὸ μέλι ἀπὸ τῶν κηρίων.

Βρα-

didia celebraſſent, aut *Origenes* tam ineptus antiquitatis affectator fuiſſet, ut Atticas mulieres, & quidem Socratis aequales, Ἰάδας vocaret. De ipſis Bendidiis ſatis copioſe diſputarunt viri docti, quos laudant *Drakenborch.* ad *Liv.* XXXVIII. 41. & *Albertus* ad *Heſych.* in v.

12. Βλίττειν.] Polit. VIII. p. 500. A. Πλεῖστον δὴ, οἶμαι, τοῖς κηφῆσι μέλι καὶ εὐπορώτατον ἐντεῦθεν βλίττεται. Πῶς γὰρ ἂν, ἔφη, παρά γε τῶν σμικρὸν ἐχόντων τις βλίσειε; Sic ille locus levi manu ſanandus videtur. Vulgatae Edd. βλύττει, & mox, βλύσει. De verbo βλίττειν reſtituendo mihi convenit cum *H. Stephano.* Sed neſcio, quare ille βλίττει ſcripſerit, ſententia βλίττεται poſtulante. Noſtra emendatio cum Scholiaſtae, tum Codicis Pariſini auctoritate confirmatur. Quo minus ratio habenda eſt viri docti Miſc. Obſ. Vol. V. T. III. p. 81. βλύττει pro βλύζει accipientis. *Dio Chryſoſt.* Orat. XXXV. p. 434. D. καὶ τροφὴν ζώων βδάλλοντες καὶ βλίττοντες. *Alciphron* Lib. III. Ep. 23. p. 328. ἐξαιρέτως δὲ ἐθέλω βλίττειν τὰ σμήνη. *Zonas* Anthol. L. I. cap. 70. p. 125. —— ὁ δὲ βλισσειδὴς χειρὶ καπνώσας. *Manetho* V. 6. ex emendatione *Dorvillii* ad *Charit.* p. 710. βλίττων δώρημα μελισσῶν. Atticiſta MS. in Bibl. Medicea: Τὸ τῶν κηρίων τρύγημα βλίττειν λέγουσι. ſcil. Ἀττικοί. *Platonis* locus obverſatus videtur *Theophylacto*, Bulgariae Archiepiſcopo, Epiſt. LI. p. 85. Ἆρα δυσχεραίνεις τὸν τῶν πραγμάτων ὄχλον ὡς κηφήνων ἑσμὸν, βλιττόντων σοι τὸ μέλι τῆς εἰρηναίας κατὰ νοῦν ἕξεως. ubi, rejecto plebejo *Jo. Meurſii* invento, κλεπτόντων σοι τὸ μέλι, repone exquiſitius βλιττόντων σοι τὸ μέλι. Βλήττειν quidem pro βλίττειν apud *Plutarchum* T. II. p. 98. F. Scholiaſt. *Ariſtoph.* ad Lyſiſtr. 476. occurrit. Sed ex librariorum errore natum eſſe, clarum eſt. Venuſte *Philoſtrat.* V. A. Lib. VI. cap. 36. p. 273. τοὺς δὲ τοιούτους ἀποβλίττουσιν οἱ συκοφάνται, κέντρα ἐπ' αὐτοὺς ἡρμένοι τὴν γλῶτταν. Adde *Polluc.* I. 254. & ibi *Kuhn.* Schol. *Ariſtoph.* ad Equit. v. 721.

Βράττειν [13]. ἀνακινεῖν, ὥσπερ οἱ τὸν σῖτον καθαίροντες.
Βρενθυόμενος [14]. γαυρούμενος καὶ ὀγκυλόμενος μετὰ βάρους.
Βωμολοχία [15]. κακολογία, ἀπὸ τοῦ λοχαγεῖν [16]. εἴρηται

791. & ad Av. v. 498. Cum *Timaeo*, praeter alios Grammaticos, ad verbum congruunt *Heſychius*, *Suidas*, & *Cyrillus* Lexico MS.

13. Βράττειν.] *Timaeus* hoc verbum bene explicat. Eſt enim ei proprie tributa poteſtas *jactandi*, *quatiendi*, atque adeo *vanno* vel *cribro excutiendi*. *Plato* Sophiſt. p. 152. E. οἷον διηθεῖν τε λέγομεν, καὶ διαττᾶν, καὶ βράττειν, καὶ διακρίνειν. *Addaeus* in Anthol. inedita: Σοὶ ταύτης ἐφ' ἅλωος, ἐφ' ᾗ πολὺν ἔβραζεν ἄντλον Κριθῶν —— *Callimach.* Fr. 232. Εἰκαίην, τὸ οὐδὲν ἀπέβραζε φαῦλον ἀλετρίς. *Etymol. M.* p. 125. 43. Ἀποβράσαι. τὸ διαπτίσαι πυροὺς ἢ ἄλευρα· ὅθεν καὶ τὰ ἀποβράσματα, σκύβαλα πυρῶν. Vide *Polluc.* VII. 24. & *Iſ. Caſaub.* ad *Strabon.* Lib. I. p. 84.

14. Βρενθυόμενος.] Sympoſ. p. 335. E. ἔπειτα ἔμοιγε ἐδόκει, ὦ Ἀριστόφανες, τὸ σὸν δὴ τοῦτο, καὶ ἐκεῖ διαπορεύεσθαι, ὥσπερ καὶ ἐνθάδε, βρενθυόμενος, καὶ τὼ 'φθαλμὼ παραβάλλων. Notiſſimus *Ariſtophanis* locus, quem *Plato* reſpicit, eſt Nub. v. 361. Ὅτι βρενθύει τ' ἐν ταῖσιν ὁδοῖς, καὶ τὼ 'φθαλμὼ παραβάλλεις. De hoc ipſo autem loco, inprimisque de verbo βρενθύεσθαι tanta tam exquiſitae eruditionis copia diſputavit *Hemſterhuſius*, ὁ πάνυ, ad *Lucian.* Dial. Mort. p. 368. ſeqq. ut nihil ſupra addi poſſe videatur. In tranſitu caſtigemus *Heſychium*, qui hanc vocem, foediſſime corruptam, in Lexicon ſuum recepit p. 1737. Θρημνεύεται. ὑπερηφανεύεται. Quae gloſſa quomodo ab aliis tentata ſit, dicere nihil attinet. Mihi placet, Βρενθύεται. quod idem ſuo loco explicat, μεγαλοφρονεῖ, ὑπερηφανεύεται, ἐπαίρεται.

15. Βωμολοχία.] Polit. X. p. 515. E. ὃ γὰρ τῷ λόγῳ αὖ κατεῖχες ἐν σαυτῷ, βουλόμενον γελωτοποιεῖν, φοβούμενος δόξαν βωμολοχίας, τότ' αὖ ἀνίεις. ubi vide Scholia. *Dio Chryſoſt.* Orat. XXXII. p. 631. C.

ται δὲ ἀπὸ τοῦ τοὺς βωμοὺς λοχώντων, καὶ ἐπιτηρούντων τοὺς θύοντας, ἵνα μεταιτῶσιν.

## Γ.

Γεῖσα [1]. λίθοι εἰς θριγκία καὶ τοίχων προόποδας παρεσκευασμένοι.

Γεῖ

5. Θεσμοθέται.] Tim. p. 531. D. διαθεσμοθετῆσαι δὲ πάντα αὐτοῖς ταῦτα. Ipſum nomen θεσμοθέται, culpa fortaſſe mea, non annotavi ex *Platone*. Gloſſam a *Timaeo* mutuatus eſt *Suidas*.

6. Θόλος.] Apolog. p. 365. C. οἱ τριάκοντα αὖ μεταπεμψάμενοί με πέμπτον αὐτὸν εἰς τὴν Θόλον. & mox: ἀλλ' ἐπειδὴ ἐκ τῆς Θόλου ἐξήλθομεν. Frequens τῆς Θόλου mentio eſt apud veteres, tanquam *Andocid.* de Myſter. p. 194. *Socrat.* Epiſt. p. 194. & alios, quos *Meurſius* de Ceramico gem. cap. 7. indicavit. Lexicon Rhetor. MS. Θόλος. τόπος τις ἐν τοῖς ἀρχείοις κληθεὶς, διὰ τὸν τρόπον τῆς κατασκευῆς. ἦν γὰρ θολοειδὴς, καὶ ὀροφὴν εἶχε περιφερῆ οἰκοδομηθεῖσαν, οὐχὶ ξυλίνην, ὡς τὰ ἄλλα οἰκοδομήματα. λέγεται δὲ θηλυκῶς ἡ θόλος. ex quo *Etymologo M.* p. 453. 30. qui illud deſcripſit, pro λιθοειδὲς redde θολοειδὲς, ut *Hemſterh.* ad *Polluc.* VII. 174. correxit ex *Ulpiano* ad *Demoſth.* de F. L. p. 254. *Sext. Empiric.* adv. Gramm. I. 7. p. 248. ait, θόλος ab aliis maſculino genere, ab aliis feminino efferri. Uſitatius tamen eſt ἡ θόλος, inprimis cum locus, ubi Prytanes epulabantur, ſignificatur. *Suidas* in paucis a noſtro *Timaei* exemplari differt, hanc exhibens ſcripturam: ἐν ᾧ Πρυτάνεις εἱστιῶντο. Πρυτανεῖον δέ τι ἰδίως ὠνόμασται &c. Sed convenit *Photius* Lexic. MS. niſi quod ibi πῦρ pro πυρῶν male ſcribatur.

7. Θολῶσαι.] Neſcio, quo gloſſa pertineat. Legg. VII. p. 642. A. nomen ἀναθόλωσις occurrit: ἐν τοῖς

Θράττει [8]. ταράττει, κινεῖ.

Θυηπολοῦσι [9]. περιπολοῦσι, διὰ θυσιῶν ὑπισχνούμενοι θεοὺς ἐξιλάσκεσθαι.

Θυήματα [10]. θυμιάματα. ἄλφιτα δέ ἐστι ταῦτα οἴνῳ καὶ μέλιτι δεδευμένα.

Θυρ-

τοῖς ἄλλοις δὲ, ἐξέστω θηρεύειν, μὴ χρωμένον ὅπλων ἀναθολοῦσι μόνον. quae laudat *Suidas* v. Ἀναθολοῦσι. Θολερὸς etiam non ſemel in *Platone* reperias. Phaedon. p. 400. D. ἐντεῦθεν δὲ (ποταμὸς) χωρεῖ κύκλῳ θολερὸς καὶ πηλώδης. Tim. p. 538. C. ἀέρος τὸ μὲν εὐαγέστατον, ἐπίκλην αἰθὴρ καλούμενος· ὁ δὲ θολερώτατος, ὁμίχλη τε καὶ σκότος. Ibid. p. 552. F. εἰς ὕδατος θολερὰν καὶ βαθεῖαν ἕωσαν ἀνάπνευσιν. *Heſychius*: Θολερόφρον. μέγα. Corrige: Θολερόχρουν. μέλαν. Pro θολὸς & θολερὸς veteres etiam ὀλὸς & ὀλερὸς dixerunt. *Phrynichus* MS. Ἀναθολοῦσθαι. ἀνταράττεσθαι· παρὰ τὸ θολὸν τῆς σηπίας, ὃν οἱ Ἀττικοὶ καὶ χωρὶς τοῦ θ ὅλον λέγουσιν. Vide *Foëſium* Oecon. *Hippocr.* v. Ὅλος.

8. Θράττει.] Vide ad v. Ἐνθράττειν, p. 93.

9. Θυηπολοῦσι.] Praepoſitionem διὰ, quae ex Cod. noſtro elapſa erat, ex *Photio* MS. & *Suida* reſtituimus. Polit. II. p. 424. D. βίβλων δὲ ὅμαδον παρέχονται Μουσαίου καὶ Ὀρφέως, — καθ' ἃς θυηπολοῦσι, πείθοντες οὐ μόνον ἰδιώτας, ἀλλὰ καὶ πόλεις, ὡς ἄρα λύσεις τε καὶ καθαρμοὶ ἀδικημάτων, διὰ θυσιῶν καὶ παιδιᾶς ἡδονῶν, εἰσὶ μὲν ἔτι ζῶσιν, &c. *Euripid.* Troad. v. 330. Κατὰ σὸν ἐν δάφναις ἀνάκτορον θυηπολῶ. *Dionyſ. Halic.* A. R. II. p. 127. θυηπολούσας τε καὶ τὰ ἄλλα θρησκευούσας κατὰ νόμον. Θυηπολία eſt *ſacrificium*. *Apollon. Rhod.* Lib. I. v. 1124. ἀμφὶ δὲ φύλλοις στεψάμενοι δρυΐνοισι θυηπολίης ἐμέλοντο. *Getuli* Epigr. editum a *Dan. Heinſio* Poëm. p. 149. σοὶ τάδε πέμπω Ψαιστία, καὶ λιτῆς δῶρα θυηπολίης. *Myrini* Epigr. apud *Kuſter.* ad *Suid.* v. Κράντορες· Δεξαμένη λαμπρῆς δῶρα θυηπολίης. *Philippi* Epigr. apud eundem ad *Suid.* T. II. p. 289. ἐπ' εὐιέρους βῆθι θυηπολίας. *Metrodori* Epigr. apud *Salmaſ.* Exerc. *Plin.* p. 745. *Plutarch.* Tom. II. p. 1102. A.

10. Θυήματα.] Θύημα, θῦμα, θύωμα non, niſi forma, differunt. Ut θῦμα

eſt

θυραυλεῖν[11]. ἔξω τῶν θυρῶν αὐλίζεσθαι καὶ ἀναστρέφεσθαι. Θῶ-

eſt a θύω, ſic θύνημα a θυέω, & θύωμα a θυόω. A θύω etiam eſt θύλη, θυλέω· unde ejusdem vox poteſtatis θύλημα. In his omnibus manſit nativa vis verbi θύω, quae eſt *adolendi*, vel *fiendi*. *Fio* enim (unde *ſuffio*, *ſuffimentum*,) antiquiſſimi Latini dixere pro Aeolum φύω, quod ipſum eſt θύω, ut θίγειν, φίγειν, σκύθος, σκύφος, &c. Sed inſolentiorem illam formam θύνημα, credibile eſt, ſaepe a librariis in vulgatiorem θῦμα eſſe mutatam. In *Platone* certe θῦμα decies legas, θύνημα ne ſemel quidem. Politic. p. 183. G. Polit. II. p. 429. H. Crit. p. 564. A. Legg. V. p. 610. D. VI. p. 626. A. VII. p. 631. G. VIII. p. 645. D. X. p. 665. G. 674. E. XII. p. 688. H. Si quis vero, antiquos Grammaticos ſecutus, θῦμα & θύνημα ita diſtinguere malit, ut prius ſit ampliore ſignificatione, *quicquid immolatur*, poſterius contractiore *ſuffimentum*, vel *farra melle vinoque imbuta*; θύνημα, ſuſpicari poſſit, reſtituendum eſſe Legg. XII. p. 691. A. μὴ βρώμασι καὶ θύμασι τὰς ξενηλασίας ποιουμένους, καθάπερ ποιοῦσι νῦν θρέμματα Νείλου. *Heſychius*: Θυήματα. τὰ ἐπιφερόμενα ἄλφιτα εἰς θυσίαν. Idem: Θυάματα. θυμιάματα. Vide *Erotian.* h. v. De voce θύλημα exquiſite diſputarunt *Iſ. Caſaub.* ad *Theophr.* cap. 11. p. 236. & *L. Kuſter.* ad *Ariſtoph.* Plut. v. 600. Ea reddenda videtur *Pherecrati* apud *Clement. Alex.* Strom. VII. p. 847. Excerpt. *Grotii* p. 513. Εἶτ' ἀλλήλους αἰσχυνόμενοι, Οὐλήμασι κρύπτετε πολλοῖς. Lege: Θυλήμασι κρ. π. id eſt, *oſſa multis libis contegitis*. Idem *Pherecrates* θυλήματα alio loco θυμέλας vocavit. *Phrynichus* MS. Θυμέλη. νῦν μὲν θυμέλην καλοῦμεν τὴν τοῦ θεάτρου σκηνήν· καὶ ἔοικε παρὰ τὸ θύειν κεκλῆσθαι ὁ τόπος οὗτος. Φερεκράτης δὲ τὰ θηλύματα, (θυλήματα leg. cum *Sallierio*) ἅπερ ἐστὶ ἄλφιτα οἴνῳ καὶ ἐλαίῳ μεμαγμένα, ἃ οὗτος (l. ὡσαύτως) καλεῖ Θυμέλας. Quo referenda eſt gloſſa *Heſychii*: Θυμέλαι. τὰ ἄλφιτα τὰ ἐπιθυόμενα.

11. Θυραυλεῖν] Hoc verbum proprie dicitur de perdite amantibus, qui, a puel-

Θῶπες[12]. οἱ μετὰ ψεύδους καὶ θαυμασμοῦ τινὶ προσιόντες ἐπὶ κολακείᾳ.

Ἴδιον.

puellis excluſi, ante fores ſub divo pernoctant, παρακλαυσίθυρον cantantes: qua de re *Iſ. Caſaub.* ad *Perſ.* Sat. V. p. 452. *Philo* T. I. p. 306. περὶ δὲ τὰς ἐρωτικὰς μίξεις ἐπειγόμενοι, κωμάζουσι καὶ θυραυλοῦσι. *Plutarch.* Amator. p. 759. A. ἀλλὰ καὶ παρόντες ἐρῶσι, καὶ ἀπόντες ποθοῦσι· καὶ μεθ' ἡμέραν διώκουσι, καὶ νύκτωρ θυραυλοῦσι. *Philoſtrat.* Epiſt. 53. p. 940. εἰς δὲ θητείαν (Amoris) ὑπήχθη πικρὰν, ἧς ἔργα θυραυλίαι, (ſic leg. non θυραυλικὰ) καὶ χαμαικοιτίαι, καὶ ἡ πρὸς θάλπος καὶ χειμῶνα ἀντίταξις. *Ariſtaenet.* Lib. II. Ep. 20. Νέος ἐρωτικὸς ἀνήνυτα προσκαρτερῶν καὶ θυραυλῶν, γυναικὶ μέμφεται δεινῶς ἀπειθούσῃ. Has τὰς δυσεράστων θυραυλίας *Plato* Sympoſ. p. 319. D. & ex eo *Ariſtaenet.* l. c. κοιμήσεις ἐπὶ θύραις vocant. Longe pulcherrimus eſt locus Sympoſ. p. 328 B. (Ἔρως) χαμαιπετὴς ἀεὶ ὢν, καὶ ἄστρωτος, ἐπὶ θύραις καὶ ἐν ὁδοῖς ὑπαιθρίοις κοιμώμενος, quem rurſus *Ariſtaenet.* l. c. & praeter hunc *Themiſt.* Orat. XIII. p. 162. D. ſuos in uſus converterunt: σκληρὸς καὶ αὐχμηρὸς, καὶ θυραυλῶν ἐπὶ θύραις, καὶ ἐν ὑπαίθρῳ τὰ πολλά. Sed ejusdem verbi vis tam late patet, ut de omnibus, qui quacunque de cauſſa foris degunt, dicatur. *Plato* Politic. p. 176. A. γυμνοὶ δὲ καὶ ἄστρωτοι θυραυλοῦντες τὰ πολλὰ ἐνέμοντο. Legg. III. p. 592. E. ποιμένας ἀπεργάζεσθαι μάλα ἰσχυροὺς, καὶ δυναμένους θυραυλεῖν, καὶ ἀγρυπνεῖν. *Dio Chryſ.* Orat. VI. p. 88. B. ἐκεῖνοι μὲν ὁρῶντες ῥιγοῦντα καὶ θυραυλοῦντα, καὶ διψῶντα πολλάκις. VIII. p. 131. A. ἐν τῷ Κρανίῳ θυραυλῶν. XXV. p. 281. ἔτι νῦν μαστιγοῦνται Λακεδαιμόνιοι, καὶ θυραυλοῦσι, καὶ γυμνητεύουσι. LX. p. 580. A. *Themiſt.* Orat. II. p. 39. C. VI. p. 81. B. VIII. p. 119. D. & alibi. *Syneſ.* de Regn. p. 12. C. 15. C. de Inſom. p. 150. C. Corrupte *Heſychius*: Θήραυλος. ἀγρὸς τις. Legendum: Θύραυλος. ἀγρώστης. Vide *Stephan. Byzant.* v. Αὐλὴ, & *Caſaubonum* Exerc. II. in *Baron.* p. 173.

12. Θῶπες.] Theaetet. p. 128. E. ὅταν ἐς δουλικὰ ἐμπέσῃ διακονήματα· οἷον, στρωματι-

# I.

Ἴδιον [1]. ἰδιωτικόν.

Ἰδίων.

πόθεσμον μὴ ἐπιςάμενος συσκευάσασθαι, μηδὲ ὄψον ἡδῦναι, ἢ θῶπας λόγους. ubi vide Scholia. Quam loquendi rationem, arbitror, *Platonem* ab *Euripide*, deliciis ſuis, ſumpſiſſe. Sic enim ille Syleo, in Excerpt. *H. Grotii* p. 429. πρῖθε γὰρ κάτω Γῆς εἶσιν ἄςρα, γῆ τ' ἄνεισ' εἰς αἰθέρα, Πρὶν ἐξ ἐμοῦ σοι θῶπ' ἀπαντῆσαι λόγον. Sed eandem etiam ducere potuit ex *Epicharmo*, cujus hoc fragmentum eſt apud *Polluc.* IX. 82. tentatum a *Toupio* Emend. in *Suid.* T. III. p. 259. Καὶ πάντα γιγνώσκοιτε τοῦ τι λόγου. Lege: Καὶ πάντα γιγνώσκοντε θωπὶ λόγῳ. *Euripidea* laudavit *Philo* T. I. p. 127. T. II. p. 53. & imitando expreſſit T. II. p. 52. τοὺς θῶπας λόγους ἑτέροις καταλιπών. p. 532. τοὺς θῶπας αὐτοῦ λόγους καὶ κεκομψευμένους ἐπὶ φενακισμῷ. p. 533. λόγους θῶπας καὶ μακρὰς ῥήσεις πεπλασμένων ἐγκωμίων συνείρων. p. 569. παρεσκευασμένοι μὲν θῶπας λόγους. p. 633. Μελετήσασα γὰρ θῶπας λόγους. *Damaſcius* apud *Phot.* p. 1069. ἐθεράπευε τὰ δίκαια, καὶ φιλοσοφίᾳ πρέποντα, ἀλλ' οὐ τὸν θῶπα τρόπον καὶ βάναυσον. Vide *Weſſelingium* ad *Herodot.* III. 80. Variata loquendi formula *Plato* Legg. X. p 673. B. dixit: πείθουσι θωπείαις λόγων. *Suidas*, *Timaeum* deſcribens, in fine gloſſae adjecit λόγοι, e *Platonis* contextu. At cum *Timaeo* congruit *Photius* Lexico MS. niſi quod τῇ pro ἐπὶ vitioſe ſcribatur.

1. Ἴδιον.] Gorg. p. 290. C. καὶ τὰ πλοῖα πάντα, καὶ τὰ δημόσια, καὶ τὰ ἴδια. Phaedr. p. 350. οὐ μόνον ἐν δικαστηρίοις, καὶ ὅσοι ἄλλοι δημόσιοι σύλλογοι, ἀλλὰ καὶ ἐν ἰδίοις. Polit. II. p. 425. C. οὐδεὶς πώποτε οὔτ' ἐν ποιήσει, οὔτ' ἐν ἰδίοις λόγοις ἐπεξῆλθεν ἱκανῶς τῷ λόγῳ. Legg. XII. p. 694. A. ἡνίκ' ἂν τῶν ἄλλων πράξεων ἰδίων τε καὶ κοινῶν καὶ μάλιςα ἤ τις σχολὴ παιδί. Sic centies ἰδίᾳ, *privatim*, opponitur δημοσίᾳ, *publice*. Hipp. Maj. p.

95.

Ἰδίειν [2]. ἱδρῶν.

Ἱεράτω [3]. κατὰ νόμον ὀργιαζέτω καὶ θυέτω. Ὀργεῶνες γὰρ οἱ θύται.

Ἱερο-

95. E. 96. B. Gorg. p. 296. E. Vide Schol. Comici ad Plut. v. 908. & ad Ran. v 462. & *Harpocrat.* in v. Hic igitur vocis uſus cum tam tritus ſit, jure mireris, *Mangejum* in *Philone* T. II. p. 359. ἐν πᾶσί τε χωρίοις ἰδίοις τε καὶ δημοσίοις in ἰδιωτικοῖς τε καὶ δημοσίοις mutaſſe. Tranſcripſit gloſſulam *Suidas.*

2. Ἰδίειν.] Hoc quoque verbum in *Platone* abolitum eſt, gloſſā ἀνιδρῶν in ejus locum ſubſtituta. Tim. p. 545. A. θέρους μὲν ἀνιδροῦσαν καὶ νοτιζομένην ἔξωθεν, ψύχους κατὰ πᾶν τὸ σῶμα παρέξειν οἰκεῖον. Sic editi libri. Sed bonum factum, quod veteres Codices veram lectionem conſervarunt. Nam Tubingenſis, *Timaeo* conſentiens, habet ἰδιοῦσαν, meus ἐνιδιοῦσαν, pro ἀνιδιοῦσαν, ut puto. Ἰδίειν vetus comoedia, id eſt, Atticae linguae norma, teſte *Apollonio* Lex. *Homer.* p. 357. frequentiſſime uſurpavit. Ita *Ariſtophan.* Ran. v. 239. ὁ πρωκτὸς ἰδίει πάλαι. Pace v. 84. Πρὶν ἂν ἰδίῃς. ubi vide Schol. Avib. v. 792. οὐκ ἂν ἐξίδιζεν ἐς θοιμάτιον. Quo magis miror, illud a *Luciano* Lexiph. p. 323. tanquam obſoletum rideri. Ipſe tamen, oblitus ſui, non ſemel eo uſus eſt, e. g. De merc. conduct. p. 671. Pro lapſ. in ſal. p. 725. *Liban.* Opp. T. I. p. 330. D. ἐγὼ δὲ ἴδιον, ἐκαλινδούμην, ἔτρεμον τὴν κεφαλήν. Plura *Adr. Heringa* Obſerv. cap. 6. p. 45. Ἀνιδιτὶ eſt Legg. IV. p. 601. G.

3. Ἱεράτω.] Etſi nihil a Gloſſographo noſtro diſcrepant *Photius* Lex. MS. *Suidas*, & *Etymol. M.* p. 468. 42. malim tamen legere ἱεράσθω. Nam Activum, vereor, ut quiſquam veterum ſcriptorum uſurparit. Qua de re, reperto aliquando, ad quem gloſſa pertineat, loco, liquidius poterit judicari. Grammatici recte tradunt, ἱερεῖα dici ea, *quae Diis conſecrantur:* ἱερεῖς ii, *qui ſacerdotio* *fun-*

Ἱερομηνία [4]. μὴν ἐν ᾧ ἡμέραι εἰσὶν ἑορταστικαί.

Ἱερομνήμονες [5]. οἱ εἰς Πύλον ἐκπεμπόμενοι γραμματεῖς.

Ἰκτάρ.

*funguntur*. Quod diſcrimen non ipſi veteres ſcriptores, ſed interdum eorum librarii, neglexerunt, ut in exemplis, quae *Fr. Sylburgius* ad *Pauſan.* L. II. p. 186. collegit. *Herodot.* II. 35. ἱρᾶται) γυνὴ μὲν οὐδεμίη οὔτε ἔρσενος θεοῦ, οὔτε θηλέης. Frequens verbum eſt in marmoribus antiquis. *Gruter.* p. 457. I. Ποντικὸς Ἀσκληπίου — ἀστυνομήσας, ἱρασάμενος τῇ πατρίδι &c. ubi *Reineſius* Inſcr. Claſſ. I. 243. p. 225. ſcribit ἱερατευσάμενος, addens, ἱρασάμενος eſſe ἀδόκιμον. Quod tam docto viro excidiſſe nollem. Lapis apud *Chisbullum* Ant. Aſiat. p. 168. & *Murator.* Inſcr. p. 643. Γαλατῶν ὁ δῆμος ἱρασάμενον Καίσαρι σεβαστῷ. Alius apud *Maffeum* Muſ. Veron. p. 42. Ἀ πόλις Νειραν... Ἀλέξα ἱερασαμένην ἀρετῆς ἕνεκεν θεοῖς. Vide *Dukerum* ad *Thucyd.* V. 1. & *Taylorum* ad Marm. Sandvic. p. 17.

4. Ἱερομηνία.] Gloſſa inſititia videtur, ut plures in hac ipſa litera. De ἱερομηνία, vide, quos laudat *Hemſterhuſ.* ad *Heſych.* Tom. II. p 26.

5. Ἱερομνήμονες.] Horum nulla in *Platone* mentio eſt. Nec de iis diſputare attinet poſt *Th. Reineſium* ad Inſcr. Claſſ. I. n. 241. p. 223. & *Anton. Dalenum* Diſſ. VI. de Antiqu. & Marm. p. 450. Lexicon Rhetor. MS. & *Photius* Lex. MS. Ἱερομνήμονες. οἱ συνθύοντες εἰς τὸ συνέδριον τῶν Ἀμφικτυόνων ἐξ ἑκάστης πόλεως. ὠνομάσθησαν δὲ οὕτως παρὰ τὸ μνημονεύειν τῶν ἱερῶν. ἱερὰ δέ ἐστι τὰ Ἀμφικτυονικὰ δόγματα, καὶ ἱερὸν τὸ συνέδριον τὸ τῶν Ἀμφικτυόνων. Quam gloſſam cum *Etymologus M.* p. 468. 50. totidem verbis deſcripſerit, perſpicuum eſt, verba, quae mediae gloſſae apud *Etymol.* intruſa ſunt, Ἀθηναῖοι ἑορτὴν Διὸς ἄγουσι καὶ Ἥρας, οὕτω καλοῦντες, ad aliam gloſſam, Ἱερὸς γάμος, pertinere: quod ſagaciſſime vidit *Hemſterhuſ.* ad *Heſych.* T. II. p. 28. Gloſſa noſtra etiam eſt apud *Photium* Lex. MS. &

Ἴκταρ [6]. ἐγγύς. εἴρη) ἢ παρὰ τὸ ἐφικνεῖσθαι.

Ἱμᾶν [7]. ἀνέλκειν, ἀνασπᾶν.

Ἰπνοπλάθαι [8]. φουρνοπλάσται.

Ἰυ-

& *Suidam*, quorum ille pro Πύλον exhibet Πυλαίους, hic Πυλαίων. Nec multum diſcrepat *Heſychius*.

6. Ἴκταρ.] Reſpicit Polit. IX. p. 503. G. Καὶ ταῦτα δὴ πάντα, περὶ τύραννον πονηρίᾳ τε καὶ ἀθλιότητι πόλεως παραβαλλόμενα, τὸ λεγόμενον, οὐδ' ἴκταρ βάλλει. ubi vide Scholia. Eum locum laudant *Zenobius* V. 55. *Moeris* p. 190. & Schol. *Luciani* ad Lexiph. p. 346. *Aelian.* H. A. Lib. XV. cap. 29. οὐδὲ ἴκταρ ἔλεγε βάλλειν πρὸς τὸ αὐτῆς κάλλος. Ἴκταρ antiqua vox eſt, & Tragicis propria, monente Scholiaſt. *Heſiod.* ad Θεογον. v. 691. quam nominatim *Aeſchyli* auctoritate probat *Erotianus* in v. Oritur vero haud dubie ab ἵκω, ut ἴθαρ, εἶθαρ ab ἴω vel εἴω. Videndus *Adr. Heringa* Obſerv. cap. 20. p. 167. *Timaei* gloſſam Lexicis ſuis inſeruerunt *Photius* MS. & *Suidas*.

7. Ἱμᾶν.] Vide ſup. Ἀνιμᾶν. Gloſſam hinc habet *Suidas*.

8. Ἰπνοπλάθαι.] Gloſſa referenda eſt ad Theaetet. p. 116. C. εἰ ἀποκρινοίμεθα αὐτῷ, πηλὸς ὁ τῶν χυτρέων, καὶ πηλὸς ὁ τῶν κοροπλάθων, καὶ πηλὸς ὁ τῶν πλινθουργῶν, οὐκ ἂν γελοῖοι ὦμεν; Qui locus notandus eſt ob inſignem ſcripturae varietatem. Plerique libri lectionem, quam poſuimus, habent. At in Editione Baſil. ſecunda pro κοροπλάθων legitur ἰπνοπλαστῶν, in Codice MS. quo *Cornarius* in Eclogis p. 191. uſus eſt, ἰπνοπλάθων. Eandem ſcripturam a Scholiaſte in exemplo ſuo repertam eſſe, haec ejus notula oſtendit: ἰπνοπλάθων. γράφεται κοροπλάθων. Jam cum *Timaeus* hoc loco ἰπνοπλάθους, & alio κοροπλάθους in Lexicon ſuum retulerit, id certiſſimo argumento eſt, ſe utramque lectionem ſic in *Platone* ſuo conjunctam reperiſſe: πηλὸς ὁ τῶν χυτρέων, καὶ πηλὸς ὁ τῶν ἰπνοπλάθων, καὶ πηλὸς ὁ τῶν κοροπλάθων, &c. Pro ἰπνοπλάθοι & κοροπλάθοι in deterioribus *Platonis* libris ſcri-



Digitized by Google

Ἰνδάλλεται [9]. φαντάζεται.

Ἱππαγρέται [10]. τρεῖς οὗτοι ἐγένοντο ἄρχοντες ἐν Σπάρτῃ.

Ἰσο-

bitur ἱπνοπλάσαι & κοροπλάσαι. Timaei Codex, ἱπνοπλάθαι. Sed alteram formam, tanquam magis Atticam, commendant Moeris p. 234. & Thom. M. p. 552. Ἰπνοπλάθος etiam eſt apud Polluc. VII. 163. & Harpocrat. v. Ἰπνὸς, ubi J. Gronovius nugatur.

9 Ἰνδάλλεται.] Theaetet. p. 134. E. τοῦτο γάρ μοι ἰνδάλλεται, διανουμένη, οὐκ ἄλλό τι ἢ διαλέγεσθαι, αὐτὴ ἑαυτὴν ἐρωτῶσα. Polit. II. p. 431. D. ὡς ἄρα θεοί τινες περιέρχονται νύκτωρ, πολλοῖς ξένοις καὶ παντοδαποῖς ἰνδαλλόμενοι. Legg. XII. p 693. B. τὸ δὲ σῶμα ἰνδαλλόμενον ἡμῶν ἑκάστοις ἕπεσθαι. Ariſtophan. Veſp. v. 188. & ibi Scholiaſt. Aretaeus Capp. de Cauſſ. morb. diut. Lib. I. p. 32. καὶ τὰ μὴ φαινόμενα ἄλλα, κατ᾽ ὄψιν ἰνδάλλεται. Inprimis hoc verbum poëtis placuit, ut Homero Il. P. 20. Apollon Rhod. I. 1297.

10. Ἱππαγρέται.] Hos equitum praefectos omnium optime deſcribit Xenophon de Rep. Lacedaem. p. 679. D. αἱροῦνται τοίνυν αὐτῶν οἱ Ἔφοροι ἐκ τῶν ἀκμαζόντων τρεῖς ἄνδρας. οὗτοι δὲ Ἱππαγρέται καλοῦνται. τούτων δὲ ἕκαστος ἄνδρας ἑκατὸν καταλέγει, διασαφηνίζων ὅτου ἕνεκα τοὺς μὲν προτιμᾷ, τοὺς δὲ ἀποδοκιμάζει. Sed & Xenophontis, & aliorum ſcriptorum loca, in quibus eorum mentio fit, collegerunt Jo. Meurſius Miſc. Lacon. II. 4. p. 117. & Jo. Albertus ad Heſych. in v. Eosdem ἱππαγρέτας alio nomine παιδαγρέτας dictos eſſe, ex Heſychio, ſed caſtigato, intelligimus: Παιδαγρέται. ἀρχή τις, ἐπὶ ἱππέων. Vulgo ſcribitur, Παιλαγρέται. Nam ἱππεῖς a Lacedaemoniis, ſicut erant, ἔφηβοι, κόροι, παῖδες vocabantur: ut equites Romanos juvenes appellat Livius II. 20. ubi vide Drakenborch. Euſtathius ad Il. Θ. p. 727. Λάκωνες ἐφήβους, ἱππεῖς ἐκάλουν, καὶ τοὺς προεστῶτας αὐτῶν, Ἱππαγρέτας. Κόρους vocat Archytas apud Stob. p. 440. cujus locus duplice nomine appoſitus eſt: ὥσπερ καὶ ἐν τᾷ Λακεδαίμονι. τοὶ μὲν γὰρ βασιλέες τᾶς μοναρχίας·

Ἰσοτελής II. ὁ χωρὶς ζημίας ἐπιδημῶν ἴσα τοῖς πολίταις.

## K.

Καὶ τάχ' ἴμεν I. καὶ ταχέως πορευσόμεθα.

Κά-

χίας· τοὶ δὲ γέροντες, τᾶς ἀριστοκρατίας· τοὶ δὲ ἔφοροι, τᾶς ὀλιγαρχίας· ἱππαγρέται δὲ καὶ κόροι, τᾶς δαμοκρατίας. Ἱππαγρέτας nusquam a *Platone* commemorari, mihi videor liquido poſſe affirmare. Gloſſographum noſtrum expilavit *Photius* Lexic. MS.

II. Ἰσοτελής.] Dignus eſt, qui totus huc referatur, *Syneſii* locus de Inſomn. p. 146. B. ἐνύπνιον δὲ ὁρᾷ μὲν ὁ πεντακοσιομέδιμνος, ὁρᾷ δὲ ὁ τριακοσιομέδιμνος· ἀλλὰ καὶ ὁ ζευγίτης οὐδὲν ἧττον, ὁ τὴν ἐσχατιὰν ἀπεργαζόμενος, ὥστε ἀποζῆν. ἀλλὰ καὶ ὁ πρόσκαπτος, καὶ ὁ θὴς ὁμοίως, ὅ, τε ἰσοτελὴς, καὶ ὁ τιθεὶς τὸ μετοίκιον. *Phrynichus* MS. & ex eo *Suidas*: Ἰσοτελεῖς. οἱ ἴσα τελοῦντες. ἴσα τοῖς ἀστοῖς, ὅ ἐστι τοῖς πολίταις, τέλη διδόντες. quam gloſſam neſcio cujus praepoſtera ſedulitas in *Moeridis de Vocibus Atticis* libellum intruſit. Lexicon Rhetor. MS. Ἰσοτελεῖς μέτοικοι. τὰ μὲν ξενικὰ τέλη μὴ τελοῦντες, τὰ δὲ ἴσα τοῖς ἀστοῖς τελοῦντες. De his accurate copioſeque *Ammonius* in v. & *Valckenarius* Animadv. p. 112. Ἰσοτελῶν nomen in *Platone*, ſuſpicor, eſſe deletum.

I. Καὶ τάχ' ἴμεν.] *Photius* Lexic. MS. ſic legit: Καὶ τάχ' ἴμεν. κ. τ. πορευόμεθα. At *Suidas*: Καὶ τάχα ἴμεν. κ. τ. πορευόμεθα. Verum & in his, & in *Timaeo* ſcribendum: Καὶ τάχα ἴωμεν. καὶ ταχέως πορευώμεθα. Reſpicitur enim Phaedr. p. 342. G. ἀλλὰ περιμείναντες, καὶ ἅμα περὶ τῶν εἰρημένων διαλεχθέντες, τάχα ἐπειδὰν ἀποψύξῃ ἴωμεν. ubi τάχα pro *ſtatim* capere licet, uſu apud proſae orationis ſcriptores rariore. Notanda etiam gloſſa *Photii* Lexico MS. Τάχα. ἀντὶ τοῦ ἔπειτα. οὕτως Ἀναξανδρίδης.

2. Κά-

**Κάκη**[2]. ἡ κακία, ὡς Πλάνη καὶ Ζάλη.

**Καραδοκεῖν**[3]. τὸ τοῦ πράγματος κεφάλαιον ἐπιζητεῖν, καὶ ἐπισκοπεῖν ὅπῃ χωρήσῃ.

**Κατῆρεν**[4]. κατέπλευσεν.

Κάτ-

2. Κάκη.] Phaedr. p. 345. B. βρίθει γὰρ ὁ τῆς κάκης ἵππος μετέχων, ἐπὶ γῆν ῥέπων τε καὶ βαρύνων. quem locum, monente *Nicephoro*, ſic expreſſit *Syneſ.* de Inſomn. p. 140. C. ὥστε καὶ βρῖθον ὑπὸ κάκης συγκατασπᾷ τὴν ἐφεῖσαν αὐτῷ βαρυνθῆναι ψυχήν. *Hippocrates* qui dicitur Ep. 12. p. 329. οἱ δὲ ὑπὸ φιλοδοξίης εἰς ἠέρα ἀναχθέντες, βρῖθος κακίης εἰς βυθὸν ἀπωλείας καταφέρονται. *Damaſcius* apud *Suid.* v. Ἀγαθοεργία. ἀπὸ τῆς κάτω βριθούσης παντοίας κακίας. Alios imitatores perſequitur *Wyttenbachius* noſter Epiſt. Crit. p. 48. Phaedr. p. 355. F. ὁ δ᾽ οὐκ ἐρεῖ δὴ τὴν ἑαυτοῦ κάκην. Menex. p. 407. G. μηδ᾽ εἰς τοὐπίσω ἀναχωρεῖν, εἴκοντας κάκῃ. Ita locum bene caſtigarunt *Jan. Cornarius* in Eclog. p. 553. & *H. Stephanus* Schediasm. I. 23. Vulgo legebatur, ἥκοντας κάκῃ. Quam locutionem e *Platone* duxit *Aelianus* H. A. V. 11. οὐδὲ μὴν κάκῃ εἴκουσι, χωροῦσι δὲ ὁμόσε. Polit. V. p. 463. G. τὸν λιπόντα τάξιν, ἢ ὅπλα ἀποβαλόντα, ἤ τι τῶν τοιούτων ποιήσαντα διὰ κάκην. Legg. V. p. 608. F. VIII. p. 647. E. IX. p. 653. A. 663. C. X. p. 674. B. XI. p. 676. F. 678. D. XII. p. 686. E. *Euripid.* Hippol. v. 1335. Androm. v. 967. Iphig. Taur. v. 676. *Ariſtophan.* Av. v. 542. *Platonis* auctoritate vocem confirmant *Moeris* p. 224. *Photius* Lexic. MS. in Not. ad *Heſych.* Tom. II. p. 112. *Euſtath.* ad Il. N. p. 950. & *Suid.* in v.

3. Καραδοκεῖν.] Ex *Herodoto*, ut puto, Lib. VII. 163. καραδοκήσαντα τὴν μάχην, ᾗ πεσέεται. Ibid. 168. Rarius compoſitum διακαραδοκεῖν *Diphilo* apud *Suid.* in v. reſtituit *Toupius* Emend. in *Suid.* II. p. 69.

4. Κατῆρεν.] Καταίρειν dicuntur cum *qui mari navigant*, tum *qui terra iter faciunt*. Hipp. Maj. p. 95. init. ὡς διὰ χρόνου ἡμῖν κατῆρας εἰς τὰς Ἀθήνας. *Clearchus* apud *Athen.* Lib. VI. p. 256. E. αἱ δὲ τῶν παρ᾽ ἡμῖν ταῦ-

Κάταγμα [5]. ἐρίου σπάσμα καὶ μήρυμα.

Κατα-

ταῦτα διαδεξαμένων ἐκπεσοῦσαι τῆς ἐξουσίας, κατῆραν εἰς Μακεδονίαν. *Dio Chryſoſt.* Orat. XXXVII. p. 456. D. οὐ γὰρ ὡς ἕνα τῶν πολλῶν καὶ κατ' ἐνιαυτὸν καταιρόντων εἰς Κεγχρείας ἐμπόρων. Vetus Grammaticus nondum editus, in Bibl. Sangerm. Κατᾶραι, ἀντὶ τοῦ, ἐλθεῖν. Θεόπομπος. Καταίρειν contrarium eſt ἀπαίρειν. *Plato* Phileb. p. 95. fin. οὐ γὰρ δήπου σύγε ἀπαρεῖς πρότερος ἡμῶν. Criton. p. 375. D. ἀλλ' ἐκ μὲν τούτων τῶν πόλεων ἀπαρεῖς, ἥξεις δὲ εἰς Θετταλίαν. Sed utriusque verbi vim tam erudite declaravit *Hemſterhuſius* ad *Lucian.* Jud. Vocal. p. 83. omnis ut opera noſtra ſupervacanea eſſe videatur. A *Timaeo* gloſſulam mutuatus eſt *Suidas*.

5. Κάταγμα.] Cod. MS. mendoſiſſime: Κάταγμα. ἱερὸν πλάσμα καὶ μήρυμα. Bene & emendate *Photius* Lex. MS. & *Suidas*, qui *Timaeum* deſcripſerunt: Κάταγμα. ἐρίου κατάσπασμα, ἢ μήρυμα. niſi quod apud *Suidam* levi vitio, quod *Portus* & *Kuſterus* ſuſtulerunt, κατάπασμα ſcribatur. Gloſſa fluxit ex Politic. p. 180. E. τῶν περὶ ξαντικὴν ἔργων μηκυνθέν τε καὶ σχὸν πλάτος, λέγομεν εἶναι κάταγμά τι. *Sophocles* Trachin. 695. Τὸ γὰρ κάταγμα τυγχάνω ῥίψασά πως Τῆς οἰὸς, ᾧ προὔχριον, ἐς μέσην φλόγα. Apud *Platonem* etiam eſt κατάγειν, quod Latini *deducere filum* dicunt. Sophiſt. p. 152. E. Καὶ πρός γε τούτοις ἔτι, ξαίνειν, καὶ κατάγειν, καὶ κερκίζειν, καὶ μυρία ἐν ταῖς τέχναις ἄλλα τοιαῦτα ἐνόντα ἐπιστάμεθα. Lexicon Sangerm. MS. Ἄνθος, τὸ χρῶμα καὶ τὸ βάμμα τοῦ ἐρίου. Φερεκράτης Δουλοδιδασκάλῳ· ταχὺ τῶν ἐρίων καὶ τῶν ἀνθῶν τῶν παντοδαπῶν κατάγομεν. ubi ſcribendum: τὸ τραχὺ τῶν ἐρίων. *Pollux* VII. 29. καὶ κροκυδίζειν Φιλύλλιος εἶπε· Τὸ κάταγμα κροκυδίζουσαν αὐτὴν κατέλαβον. ὅπερ ἐστιν, ἐκλέγουσαν τὸ τραχύ. Vide *Ariſtophan.* Lyſiſtr. v. 583. & *Moeridem* p. 215. Simplex ἄγμα pro κάταγμα veteribus uſitatum fuiſſe, ex *Heſychio* in v. & *Euſtath.* ad Od. A. p. 1399. intelligitur. Sed de his pleniſſime diſputavit vir interiorum literarum laude florentiſſimus, *L. C. Valckenar.* Animadv. in *Ammon.*

Καταβολή [6]. περιοδικὴ λῆψις πυρετοῦ.
Κατόπιν [7]. μετὰ ταῦτα.
Κεκόμψευται [8]. πεπιθάνευται.

Κερα-

*mon.* p. 117. ſeqq. ad quem Graecae linguae ſtudioſos ablegamus.

6. Καταβολή.] Hipp. Min. p. 233. E. νυνὶ δὲ ἐν τῷ παρόντι μοι ὥσπερ καταβολὴ περιελήλυθεν. ubi vide Scholia. Gorg. p. 310. G. ὅταν οὖν ἔλθῃ ἡ καταβολὴ αὕτη τῆς ἀσθενείας. *Ariſtid.* Tom. I. p. 335. ἐπειδὴ δὲ ἡ τῆς καταβολῆς ἡμέρα, καὶ ὁ πυρετὸς οὐκ ἐπεγένετο. Tom. II. p. 166. ἐῤῥίγωσε τῆς καταβολῆς ἐπελθούσης. quo loco uſus eſt *Thom. M.* in v. *Syneſ.* Cataſt. p. 301. A. καὶ γῆρας βαθὺ, καὶ νόσου καταβολὴ πολυχρονίου. Vide *Harpocrat.* v. Καταβολὴ, & Περίοδος, cum *Valeſii* nota, & *Valckenar.* Animadv. in *Ammon.* p. 116. Haec loca ſi in promtu habuiſſet *Mangejus* ad *Philon.* T. I. p. 399. manum abſtinuiſſet a ſollicitandis ejus verbis, καταβολὴ πυρετοῦ νόσος ἐστιν. Ex *Timaeo* gloſſam in Lexica ſua derivarunt *Photius* MS. & *Suidas.*

7. Κατόπιν.] Protag. p. 195. G. κατόπιν δὲ ἡμῶν ἐπεισῆλθεν Ἀλκιβιάδης τε ὁ καλὸς, καὶ Κριτίας ὁ Καλλαίσχρου. Gorg. 281. init. Κατόπιν ἑορτῆς ἥκομεν, καὶ ὑστεροῦμεν. quem locum laudant *Etymol. M.* p. 497. 27. & *Thom. M.* in v. & ſcite expreſſit *Phavorinus* apud *Stob.* p. 564. Ἀλκιβιάδην δὲ καὶ ζῶντα ἐπιλελοίπει τὸ κάλλος, καὶ πολλοὶ κατόπιν τῆς ὥρας ἀφιγμένοι. &c. *Moeris* p. 240. & *Thom. M.* Κατόπιν, Ἀττικῶς· ὄπισθεν, Ἑλληνικῶς. Poſteriore etiam uſus eſt, ne alios memorem, *Plato* Tim. p. 537. H. πάντ' ἂν εἴη ἐμποδὼν τῷ κατόπισθεν λογισμῷ. Habent quoque gloſſulam *Photius* MS. & *Suidas.*

8. Κεκόμψευται.] Κομψεύειν vel Κομψεύεσθαι, *ſcite atque eleganter aliquid effingere, quod jactes, & in quo te efferas,* plerumque dicitur *de ſermone arguto & ad animos capiendos apto.* Cratyl. p. 264. C. ἔξεστι δὲ καὶ ψυχὴν κομψευόμενον λέγειν. Polit. IV. p. 452. A. οὐκοῦν καὶ εἰ ἔτι μᾶλλον χαριεντίζοιτο ὁ ταῦτα λέγων, κομψευόμενος.

IV.

Digitized by Google

Κεραμεικοὶ δύο [9]. ὁ μὲν ἔνδον τείχους, ὁ δὲ ἐκτὸς, ἔνθα τοὺς ἐν πολέμῳ τελευτῶντας ἔθαπτον.

Κερασβόλον [10]. ἄτηκτον, καὶ μὴ εἶχον παιδεία, ἀλλ' ἀπηνὲς ὄν. εἴρηται δὲ ἀπὸ τῶν σπερμάτων, ἅτινα κατὰ τῶν κεράτων βαλλόμενα ἄτηκτα καὶ ἀνέψητα μένει.

Κη-

IV. p. 471. B. ἀλλ' ὁ τοῦτο κομψευσάμενος ἐψεύσατο. ubi vide Scholia. Lachet. p. 253. F. καὶ γὰρ πρέπει σοφιστῇ τὰ τοιαῦτα μᾶλλον κομψεύεσθαι. *Timaeus* vero reſpexit Phaedr. p. 337. A. καὶ αὐτὸ δὴ τοῦτο καὶ κεκόμψευται. qui locus fortaſſe obverſabatur *Libanio* Epiſt. 546. καίτοι τοῦτο οὐκ ὀρθῶς κεκόμψευται. *Euripid.* Iphig. Aul. v. 333. Ἐκκεκόμψευται. Πονηρὸν γλῶσσ' ἐπίφθονον σοφή. ubi legendum: Εὖ κεκόμψευται. ut Bacch. v. 475. Εὖ τοῦτ' ἐκιβδήλευσας, ἵν' ἀκοῦσαι θέλω. *Ariſtid.* Tom. I. p. 517. Tom. II. p. 356. 382. 395. Aliquando etiam *rebus, quae materia conſtant,* tribuitur. Phileb. p. 90. G. καὶ τρέχω χρῆται, καὶ ἀξίνη, καὶ στάθμῃ, καί τινι προσαγωγίῳ (l. προσαγωγίῳ) κεκομψευμένῳ. *Philoſtrat.* de V. A. Lib. II. p. 55. ταυτὶ δὲ ὕλης εἰς ἱερὸν, κεκομψευμένη τοῖς Ἰνδοῖς. Vide inf. v. Κομψὸς, & *Moeridem* p. 237.

9. Κεραμεικοὶ δύο.] Parmenid. p. 54. E. καταλύειν δὲ αὐτοὺς ἔφη παρὰ τῷ Πυθοδώρῳ ἐκτὸς τείχους, ἐν Κεραμεικῷ. ubi vide Scholiaſten. Notus eſt *Joan. Meurſii* liber *de Ceramico gemino.*

10. Κερασβόλον.] Stulta veterum opinio fuit, ſemina, quae inter ſerendum in boum cornua inciderint, fructus edere duros & vix elixandos. *Sotion* Geopon. L. II. cap. 19. Δεῖ δὲ τὸν σπείροντα παραφυλάττειν, ἵνα μὴ ἐμπέσῃ τοῖς κέρασι τῶν βοῶν τὰ σπέρματα. ταῦτα γὰρ κερασβόλα καλοῦσί τινες, καὶ ἄφορα καὶ ἀτελῆ τὰ τοιαῦτά φασι γίνεσθαι, ὥστε μηδὲ ὑπὸ τῆς τοῦ πυρὸς τήκεσθαι δυνάμεως. Quod, praeter hunc Geoponicum, *Clemens Alex.* Paedag. II. p. 225. *Pollux* I. 223. aliique Grammatici ſerio narrant, id jure ri-

 det

det *Theophraſtus* de Cauſſ. Plant. IV. 14. Ex vulgi opinione *Plato* elegantem metaphoram duxit, *intractabilem & durum hominem* κεραςβόλον & ἀτεράμονα appellans, Legg. IX. p. 652. A. μή τις ἐγγίγνηται τῶν πολιτῶν ἡμῖν οἷον κεραςβόλος· ὃς ἀτεράμων εἰς τοσοῦτον φύσει γίγνοιτ᾽ ἄν, ὥστε μὴ τήκεσθαι καθάπερ ἐκεῖνα τὰ σπέρματα πυρί. *Ne quis inter nos exiſtat civis aliquis, ſeminis, quod cornu tetigit, naturam imitans, qui adeo durus & praefractus evadat, ut emolliri nequeat, ſicut nec ſemina illa igni.* Ita hunc locum, a *Ficino* male verſum, recte interpretatus eſt *Kuſterus* ad *Suid.* v. Κεραςβόλα. Vide Scholiaſten ad *Platonis* l. c. Hac *Platonica* locutione excitatus *Plutarchus*, dignam rem judicavit Sympoſ. VII. 2. p. 700. de qua diligentius diſputaret. Nec tamen, *Theophraſtum* auctorem ſecutus, librum, quem modo laudavimus, ſed alium deperditum, in quo aliter hac de re ſcripſerat, ob oculos videtur habuiſſe. *Platonis* auctoritate utuntur *Pollux* VI. 125. *Euſtath.* ad Il. Σ. p. 1154. *Suid.* in v. *Etymol. M.* p. 505, 19. ubi pro ἀπαθεῖς lege ἀμαθεῖς. A *Platone* vocem ſumſit *Simplicius* in *Epictet.* p. 222. οὐδὲν κωλύει διὰ τοὺς κεραςβόλους τῶν ἀνθρώπων τὰς ἀποδείξεις παραιτεῖσθαι. Adde *Heſych.* in v. & ibi viros doctos. Par figuratae poteſtatis ratio eſt in ἀτεράμων vel ἀτέραμνος, ut cum ex laudatis *Platonis* & *Plutarchi* locis, tum aliunde intelligitur. Scholiaſt. *Ariſtoph.* ad Veſp. v. 729. Ἀτεράμονα ὄσπρια φαμὲν, τὰ μὴ ἑψόμενα διὰ σκληρότητα. καὶ Πλάτων κέχρηται τῇ λέξει, κεραςβόλους καὶ ἀτεράμονας λέγων τοὺς σκληροὺς, διὰ τούτων. *Etymol. M.* p. 163. 20. Τέραμνον γὰρ τὸ ἁπαλόν. λέγεται δὲ ἀτέραμνα καὶ τὰ μὴ ἑψόμενα ὄσπρια· ἃ καὶ κεραςβόλα προσαγορεύεται. *Suidas*: Τέραμνον. ἁπαλὸν, ἑφθόν. καὶ Ἀτέραμνον, τὸ δυσέψητον. οὕτω Πλάτων. *Phrynichus* Περὶ παρασκ. Σοφιστ. MS. Ἀτεράμων ἄνθρωπος, καὶ Πρίνινος, καὶ Στιπτὸς, καὶ Σφενδάμνινος, ἐπὶ τοῦ πάνυ σκληροῦ· τὰ γὰρ ῥᾳδίως ἑψόμενα τῶν ὀσπρίων Τέραμνα καλοῦσιν οἱ Ἀθηναῖοι· κατὰ στέρησιν οὖν Ἀτεράμων. τὸ δὲ Στιπτὸς, τὸ πεπατημένον· στίβος γὰρ ἡ ὁδός. καὶ τὸ Πρίνινος, ξύλον· καὶ γὰρ ἡ πρῖνος πάνυ σκληρόν. ὁμοίως καὶ τὸ Σφενδάμνινος. τούτοις προσέθηκεν Ἀριστοφάνης (Acharn. v. 180. ubi

Κηφήνεσι κοθύροισι [11]. τοῖς καθεζομένοις καὶ φυλάττουσι τὴν τῶν μελισσῶν ἔξοδον. Οὗροι γὰρ, οἱ φυλάσσοντες· καὶ οἱ Θυρωροὶ, οἱ τὰς θύρας φρουροῦντες.

Κίβδη-

ν. Schol.) καὶ τὸ Μαραθωνόμαχος· καὶ σημαίνει οἷον ἀνδρεῖος, καὶ ἀψίμαχος, καὶ θυμικὸς, διὰ τὴν τούτων κατὰ τῶν βαρβάρων νίκην. Alium ejuſdem locum, huc pertinentem, ſup. ad v. Ἀτενὴς dedimus. Vide Scholiaſt. Theocrit. ad Eid. X. 7. & Foëſium Oecon. Hippocr. Plato Legg. IX. p. 663. C. ἀτεράμονι χρωμένων τινὶ φύσει. ubi vide Scholia. Inde vocem, quam Pollux etiam VI. 125. Platoni propriam dicit, imitatores duxerunt. Philo T. II. p. 244. πᾶν ὅσον ἀτέραμνον καὶ δυσκατέργαστον. Philoſtrat. V. A. Lib. III. p. 111. ὅτι δὴ ἀτεράμονα καὶ ὠμὸν δόξαι. Julian. Or. II. p. 87. B. ἀτεράμονας, ὅτι ῥαθύμους ἐργάσει). Ariſtaenet. II. 20. ὡς φιλόνεικος ὑπάρχεις καὶ λίαν γυνὴ, ὡς ἀτεράμων. Damaſcius apud Phot. p. 1036. οὐδεὶς οὕτως ἦν τὴν ψυχὴν ἀτεράμων καὶ βάρβαρος. Scholiaſtes Homeri ab Hornejo editus ad Il. I. 158. Ἀδάμαστος. ἀτεράμων, ὅ ἐστιν ἀκαμπής. Onomaſticum vetus: Capitones, ἀτέραμνοι. Plato etiam duri ingenii homines ἀτενεῖς & ἀτέγκτους vocat: de quibus vocibus, quantum ſatis eſt, alio loco diximus. Huc adde ἀντίτυπος. Theaet. p. 120. A. Καὶ μὲν δὴ, ὦ Σώκρατες, σκληροὺς γε λέγεις καὶ ἀντιτύπους ἀνθρώπους. quo referendam eſſe Suidae gloſſam: Ἀντιτύπους ἀνθρώπους. σκληροὺς καὶ ἀνενδότους. bene vidit Toupius Cur. noviſſ. in Suid. p. 16. Plutarchus l. c. διὰ ψύχος ἀντίτυποι, καὶ δυσμετάβλητοι, καὶ ἀτέραμνοι.

11. Κηφήνεσι κοθούροισι.] Poſterior gloſſae pars ita legitur apud Suidam: Οὗροι γὰρ οἱ φύλακες. κόθουροι οὖν, οἱ τὰς θύρας φυλάσσοντες. Sed θυρωροὶ bene revocavit Kuſterus ex Photii Lexico MS. In Timaeo οἱ ante Θυρωροὶ tollendum. Dixerat Heſiodus Ἔργ. v. 303. ὅς κεν ἀεργὸς ζώῃ, κηφήνεσσι κοθούροις ἴκελος ὀργὴν, Οἵ τε μελισσάων κάματον τρύχουσιν ἀεργοὶ Ἔσθοντες. Hoc deinde, ut plura ejuſdem poëtae, in proverbii conſuetudinem

Κίβδηλον[12]. οἱονεὶ κρύβδηλόν τι ὄν.

Κιν-

nem abiit, varieque cum a *Platone*, tum ab aliis expreſſum reperitur. Polit. VIII. p. 495. A. Βούλει οὖν φῶμεν αὐτὸν, ὡς ἐν κηρίῳ κηφὴν ἐγγίνεται, σμήνους νόσημα, οὕτω καὶ τὸν τοιοῦτον ἐν οἰκίᾳ κηφῆνα ἐγγίνεσθαι, νόσημα πόλεως. — Οὐκοῦν τοὺς μὲν πτηνοὺς κηφῆνας πάντας, ἀκέντρους ὁ θεὸς πεποίηκε, τοὺς δὲ πεζοὺς τούτους, ἐνίους μὲν αὐτῶν, ἀκέντρους, ἐνίους δὲ δεινὰ κέντρα ἔχοντας. ubi vide Scholia. Ibid. G. κηφηνώδεις ἐπιθυμίας ἐν αὐτῷ, διὰ τὴν ἀπαιδευσίαν, μὴ φῶμεν ἐγγίνεσθαι. Ibid. p. 496. D. πολὺν τὸν κηφῆνα καὶ πτωχὸν ἐμποιοῦσι τῇ πόλει. quod *Plutarch*. Tom. II. p. 818. C. laudavit. Ibid. p. 497. G. 499. G. 500. A. C. 501. B. IX. p. 502. F. G. Legg. X. p. 670. H. τρυφῶν, καὶ ἀμελὴς ἀργός τε, ὃν ὁ ποιητὴς κηφῆσι κοθούροισι μάλιστα εἴκελον ἔφασκεν εἶναι, γίγνοιτ' ἂν ὁ τοιοῦτος πᾶσιν ἡμῖν. *Ariſtoph*. Veſp. v. 1109. Ἀλλὰ γὰρ κηφῆνες ἡμῖν εἰσιν ἐγκαθήμενοι. Οὐκ ἔχοντες κέντρον· οἳ μένοντες ἡμῶν τοῦ φόρου Τὸν γόνον κατεσθίουσιν, οὐ ταλαιπωρούμενοι. *Xenophon* Cyrop. II. p. 50. A. οἳ μέν τινες βλακείᾳ καὶ ἀπονίᾳ μόνον κακοὶ εἰσι, τούτους ἐγὼ νομίζω, ὥσπερ κηφῆνας, δαπάνῃ μόνον ζημιοῦν τοὺς κοινωνούς. *Philo* T. I. p. 461. *Dio Chryſoſt*. Orat. XLVIII. p. 535. D. *Philoſtrat*. V. A. Lib. II. p. 85. *Maxim. Tyr*. Diſſ. XXI. p. 249. *Julian*. Or. II. p. 84. D. *Liban*. Opp. T. II. p. 426. A. *Themiſt*. Or. XXIII. p. 285. D. & ibi *Dionyſ. Petav*. *Syneſ*. de Regn. p. 22. D. Sententiae Philoſophorum MSS. in Bibl. Leidenſi: Ἐοίκασιν οἱ κόλακες κηφῆσι. καὶ γὰρ ἀργοὶ, καὶ ἄκεντροι, καὶ τοὺς ἀλλοτρίους ἀναλίσκοντες καμάτους.

12. Κίβδηλον.] Polit. II. p. 425. A. ἣν ἐὰν μετ' εὐσχημοσύνης κιβδήλου κτησώμεθα. VI. p. 478. C. κίβδηλον ἀποδιδοὺς τὸν λόγον τοῦ τόκου. Legg. V. p. 605. A. τὰς δ' αὖ τιμὰς δεῖ σκοπεῖν· καὶ τούτων τίνες ἀληθεῖς, καὶ ὅσαι κίβδηλοι. Ibid. p. 639. C. ὅπως μήτε αὐτὸς κίβδηλος ποτὲ φανεῖται ἐν ἡμῖν, ἁπλοῦς δὲ καὶ ἀληθὴς ἀεί. XI. p. 676. F. ὁ δὲ ἀλλαττόμενος νόμισμα ἀντὶ νομίσματος, — ἀκίβδηλον πᾶν διδότω καὶ δεχέσθω. — κιβδηλείαν δὲ χρὴ πάντας διανοηθῆναι καὶ ψεῦδος καὶ ἀπάτην, &c. Ibid. G. πᾶς γὰρ τοῦ κατ' ἀ-

γορὰν

Κινδυνεύει 13. ἐγγίζει.

Κλητῆρες 14. οἱ εἰς μαρτυρίαν κλητοί.



γνωμὴν ὁ κιβδηλεύων τι, ψεύδεται καὶ ἀπατᾷ. Ibid. p. 677. A. ὁ μὲν δοῦλος φθείρεσθαι τὸ κιβδηλεύειν καὶ ὁ μέτοικος. quod *Suidas* v. Κίβδηλον laudavit. Ibid. B. τὰ δὲ κιβδηλεύματά τε καὶ κακουργίας τῶν πωλούντων. Ibid. p. 678. B. καθάπερ ἔμπροσθεν ἐπετάξαμεν τῆς κιβδηλίας πέρι. quae excerpſit *Pollux* III. 86. Vide *Moeridem* p. 240. Vox κιβδηλεία eximenda eſt *Ariſtidi* T. I. p. 510. καὶ ὅσον μὲν, ὦ γῆ καὶ θεοί, τὸ μέσον τῆς τε νῦν κιβδηλείας, &c. Lege: τῆς τε νῦν κυβαλείας. Loquitur de comoedia veteri, cui propria erat κοβαλεία.

13. Κινδυνεύει.] Phileb. p. 82. G. λόγον μέντοι τινὰ κινδυνεύομεν οὐ πάνυ σμικρὸν ἐπεγείρειν. Lyſid. p. 112. B. κινδυνεύομεν ὄναρ πεπλουτηκέναι. Theaet. p. 137. D. Ἀλλὰ μέντοι ἀμφότερά γε κινδυνεύει ὁ λόγος οὐκ ἐᾶσαι. Gorg. p. 298. D. ὅτι κινδυνεύεις ἐκ ἀληθῆ λέγειν. ubi vide Scholiaſten. *Baſilius* Scholiis ἀνεκδότοις in *Gregorii Nazianzi* Orat. XXXII. τὸ δὲ Κινδυνεύειν, ἐλέγχεσθαι καὶ δείκνυσθαι νῦν σημαίνει. Δημοσθένης κατὰ Μειδίου· ἀλλὰ κινδυνεύει τὸ λίαν εὐτυχὴς εἶναι ἐπαχθεῖς ποιεῖν.

Καὶ ἐπὶ ἀγαθοῦ δὲ εἴληπται, ὡς Ἑρμογένης ἐν τῇ τέχνῃ· ὁ κατὰ δύναμιν τὴν ἐν δεινότητι· ἐκεῖ γάρ φησι κινδυνεύει τὰ πρῶτα φέρεσθαι, ἀντὶ τοῦ, προτετίμηται, προέχεται. Quae deſcripta ſunt ex Grammatico MS. *de Syntaxi*, in Bibl. Sangerm. *Tzetzes* Scholiis MSS. in *Hermogenem*: τὸ Κινδυνεύει λέξις μὲν Πλατωνικὴ ὑπάρχει. τὸ δὲ ἀναγκαίως ἔχειν σημαίνει ταύτῃ, ναί. Recte *Platonicam locutionem* vocat, quae tam crebra apud *Platonem* eſt, ut ſingulis paginis reperiatur. Sed nec ipſe, nec alii Grammatici locutionis rationem bene explicuerunt. Optime *Timaeus* ἐγγίζει exponit. Nam ut Latini dicunt, *periculum eſt, ne hoc ita ſit*, pro, *parum abeſt, quin ita ſit*, ſic etiam Graeci κινδυνεύειν pro ἐγγίζειν. *Luzacius* noſter bene comparabat Belgicum, *bykans*. Nam κίνδυνος Belg. *kans*. Vide *Valcken.* ad *Herodot.* IV. 105. *Timaei* gloſſula etiam eſt apud *Suid.*

14. Κλητῆρες.] Legg. VIII. p. 649. G. μυρία δὲ ταῦτα ὄντα καὶ σμικρὰ νόμιμα, καθ' ἃ δεῖ τὰς τιμωρίας γίγνεσθαι, λήξεών



Digitized by Google

Κνάφος [15]. ὄργανόν τι ὂν, ἐν κύκλῳ κέντρα ἔχον, δι' οὗ τοὺς βασανιζομένους κλείνουσιν. ὅμοιον δέ ἐστιν γναφικῷ κτενί.

Κοάλεμος [16]. ματαιόφρων. Κοεῖν γὰρ τὸ αἰσθάνεσθαι.

Κόλ-

τι περὶ δικῶν καὶ προσκλήσεων καὶ κλητήρων, εἴτ' ἐπὶ δυοῖν, εἴτ' ἐφ' ὁπόσων δεῖ καλεῖσθαι. Lexicon Rhetor. MS. Κλητῆρες. οἱ εἰς δίκην καλοῦντες. καὶ Κλητεύοντες, μαρτυροῦντες τοῖς καλοῦσιν αὐτοὺς εἰς δίκας. καὶ τὸ μαρτυρῆσαι, Κλητεῦσαι. Κλητῆρες δὲ ἦσαν ἄνδρες, δι' ὧν τὰς δίκας προσεκαλοῦντο οἱ δικαζόμενοι. ἔδει γὰρ παρεῖναί τινας ὥσπερ μάρτυρας τῆς προσκλήσεως, ἵνα μὴ ἀπρόσκλητοι αἱ δίκαι εἰς τὰ δικαστήρια εἰσάγωνται, μηδὲ ἐκλίπῃ τὴν δίκην ὁ κατηγορούμενος. cujus gloſſae partem *Etymol. M.* p. 552. 19. deſcripſit. *Harpocrat.* in v. ibique *H. Valeſius*, *Sam. Petit.* ad Legg. Attic. p. 401. & *Deſ. Herald.* ad Jus Att. & Rom. Lib. VI. cap. 12. p. 473.

15. Κνάφος.] Suſpicabar aliquando, gloſſam manaſſe ex Polit. X. p. 519. D. τὸν δὲ Ἀρδιαῖον καὶ ἄλλους συμποδίσαντες χεῖράς τε καὶ πόδας καὶ κεφαλὴν καταβαλόντες καὶ ἐκδείραντες, εἷλκον παρὰ τὴν ὁδὸν ἐκτὸς ἐπ' ἀσπαλάθων κνάμπτοντες. quem locum in animo habuit *Syneſius* Ep. 44. p. 182. Nunc nihil dubito, quin pertineat ad *Herodot.* I. 92. ἐπεί τι δὲ δοῦλος τοῦ πατρὸς ἐκράτησε τῆς ἀρχῆς ὁ Κροῖσος, τὸν ἄνθρωπον τὸν ἀντιπρήσσοντα ἐπὶ κνάφου ἕλκων διέφθειρε. Sic enim pro ἐπὶ κναφηΐου veriſſime correxit, & dirum ſupplicii genus eadem opera illuſtravit certiſſimus literarum noſtrarum interpres, *Ti. Hemſterhuſ.* ad *Heſych.* v. Ἐπὶ κνάφου ἕλκων. *Suidas* ὂν, quod ex ſequenti ἐν natum videtur, recte omiſit.

16. Κοάλεμος.] In Cod. MS. prave legebatur, Κοινᾶν γὰρ τὸ αἰσθάνεσθαι. quod ex *Suida* mutavimus. Vide *Salmaſ.* in *Epictet. & Simplic.* p. 235. Unde gloſſa huc venerit, incertum eſt. Nullum quidem ejus in *Platone* veſtigium, nullum in *Herodoto*. *Ariſtophanes* Equit. v. 198. δράκοντα κοάλεμον, αἱματοπώτην. cui idem vocabulum

v. 632.

Κόλλαβοι[17]. τὰ τῶν χορδῶν ἐπιτόνια.

Κομψὸς λόγος[18]. καὶ ὁ ἀγαθὸς ἐστὶ, καὶ ὁ πιθανότητι ὑποδυόμενος τὴν ἀλήθειαν.

Κο-

v. 632. e Scholiis reddebat *Valckenarius*. *Aeſchines Socraticus* in dialogo Aſpaſia apud *Athen*. V. p. 220. B. Hipponicum, Calliae filium, κοάλεμον appellat. Cimonis avum δι' εὐήθειαν hoc nomen inveniſſe, narrat *Plutarchus* Cimon. p. 480. E. *Numenius* apud *Euſeb*. P. E. XIII. p. 651. A. τὸν Εὐθύφρονα, ὄντα ἄνδρα ἀλαζόνα καὶ κοάλεμον. quem locum mihi *T. H.* ſuggeſſit. Praeter Scholiaſten Comici l. c. vide *Heſych*. in v. & *Etymol. M.* p. 524. 21. Similis formae vox eſt Ἰάλεμος.

17. Κόλλαβοι.] Polit. VII. p. 487. C. Σὺ μὲν τοὺς χρηστοὺς λέγεις, τοὺς ταῖς χορδαῖς πράγματα παρέχοντας, καὶ βασανίζοντας, ἐπὶ τῶν κολλόπων στρεβλοῦντας. ubi, cum Scholiaſtes κολλόπων habeat, ſicut textus *Platonis*, facile credo, *Timaeum* etiam κόλλοπας ſcripſiſſe, ſed librarios κολλάβοι, quod aetate ſua tritius erat, ejus loco poſuiſſe: quamvis nihil diſcrepet *Suidas*. De κόλλοψι, nihil eſt, quod addam latae eruditaeque diſputationi *Graevii* & *Hemſterhuſii* ad *Lucian*. Deor. Dial. VII. p. 222. Grammaticus MS. in Bibl. Sangerm. Κόλλοπας, φασὶ, δεῖ κυρίως λέγειν τοὺς τῶν ὀργάνων οὓς καλοῦσι κολλάβους, οὐ τοὺς ἀνδρογύνους. Εὔβουλος Ἀντιόπῃ ἐπὶ τοῦ ἀνδρογύνου. De ἀνδρογύνῳ, ſive *exoleto*, κόλλοψ dicitur in *Dioſcoridis* Epigr. Analect. *Brunck*. T. I. p. 493. quod explicat *J. Toupius* ad *Longin*. p. 241.

18. Κομψὸς λόγος.] Κομψὸν dicitur *quicquid ſcitum & venuſtum eſt*. Phaedr. p. 338. B. πάντων ἐστὶ κομψότατον τὸ τοῦ πόας. Hipp. Maj. p. 98. F. οὐ κομψὸς, ἀλλὰ συρφετός. Clitoph. p. 256. F. ὃς δὴ κομψότατα ἔδοξεν εἰπεῖν. Polit. III. p. 439. E. κομψοτέρας δέ τινος ἀσκήσεως δεῖ τοῖς πολεμικοῖς ἀθληταῖς. *Timaeus* reſpexit Cratyl. p. 276. A. κομψότερος μὲν ὁ λόγος ἢ κατ' ἐμέ. Pleriſque autem locis apud *Platonem* vox habet aliquid iro-

ironiae Socraticae, ut non tam *de vera & naturali*, quam *de nimia & adſcititia venuſtate* capienda videatur. Sophiſtae inprimis, etiam cum ridentur, κομψοὶ appellantur. Euthyphr. p. 52. B. Phileb. p. 89. E. Lyſ. p. 111. B. Theaet. p. 120. A. 126. D. 139. G. Sophiſt. p. 156. E. 165. G. Politic. p. 181. D. Cratyl. p. 263. G. 265. B. 266. D. 274. E. Gorg. p. 312. A. Sympoſ. p. 336. A. Phaedr. p. 353. B. Phaedon. p. 397. A. Polit. VI. p. 473. F. 475. B. 477. F. VIII. p. 497. C. 501. D. IX. p. 502. E. Legg. I. p. 568. G. III. p. 590. C. Epiſt. III. p. 709. C. In quibusdam exemplis, quae indicavimus, κομψὸν etiam licet cum *Heſychio*, aliisque Grammaticis exponere πανοῦργον, ἀπατητικόν. Pro *ſplendidis nugis* ſumendum eſt Gorg. p. 297. C. ubi *Euripidis* ex Antiopa verba ſua fecit Philoſophus: ἄλλοις τὰ κομψὰ ταῦτ' ἀφεὶς, εἴτε ληρήματα χρὴ φάναι εἶναι, εἴτε φλυαρίας. Phaedon. p. 395. B. τὰς δὲ χίονας ταύτας καὶ παραθέσεις, καὶ τὰς ἄλλας τὰς τοιαύτας κομψείας ἐάσας ἂν χαίρειν. Epiſt. X. p. 726. τὰς δὲ ἄλλας τε καὶ εἰς ἄλλα τεινούσας σοφίας τε καὶ δεινότητας, κομψότητας οἶμαι προσαγορεύων ὀρθῶς ὀνομάζειν. Neque tamen deſunt loci, ubi ſimpliciter & ſine ironia, ad laudem referatur. Gorg. p. 300. A. κομψὸς ἀνὴρ, ἴσως Σικελός τις ἢ Ἰταλικός. ubi Scholiaſtes: Κομψὸν, οὐ τὸν πιθανὸν, ἀλλὰ τὸν τεχνικὸν, ἢ σπουδαῖόν φησι. Polit. II. p. 429. B. κομψόν γε φαίνεται τὸ πάθος αὐτοῦ τῆς φύσεως. ubi rurſus Scholiaſtes: Κομψὸν, νῦν τὸ σπουδαῖον καὶ ἀγαθόν. III. p. 440. B. φύσας τε καὶ κατάῤῥους νοσήμασιν ὀνόματα τίθεσθαι ἀναγκάζειν τοὺς κομψοὺς Ἀσκληπιάδας. Ibid. p. 441. B. Πάνυ κομψοὺς λέγεις Ἀσκληπιοῦ παῖδας. quo reſpexit *Moeris* p. 206. Κομψοὺς Πλάτων οὐ τοὺς πανούργους, ἀλλὰ τοὺς βελτίστους· κομψοὺς γὰρ, Ἀσκληπιάδας ἐπαινῶν, λέγει Πολιτειῶν γ. Item Grammaticus vetus ineditus: Κομψὸν ἐπὶ τοῦ κομψευομένου φασὶ δεῖν λέγεσθαι· καὶ τοὺς ἐπὶ τοῦ ἀσθενοῦντος λέγοντας, ὅτι κομψότερον διάκειται, μέμφονται. Ἀλλὰ Πλάτων Πολιτείας δ. (l. γ.) κομψοὺς, οὐ τοὺς κεκομψευμένους λέγει, ἀλλὰ τοὺς ἀμείνονας. Polit. IV. p. 460. E. Κλῆροι δή τινες ποικίλοι κομψοί. VII. p. 484. G. ὡς κομψόν ἐστι καὶ πολλαχῇ χρήσιμον ἡμῖν. & ſic Epiſt. XIII. p. 727. D. Adde *Gataker.* ad

Κομιδῆ[19]. τελέως. εἴρηται ἢ ἀπὸ τοῦ τῶν καρπῶν κομιδῆς, ἥτις γίνεται τελειωθέντων αὐτῶν.

Κορυβαντιᾷν[20]. παρεμμαίνεσθαι καὶ ἐνθουσιαστικῶς κινεῖσθαι.

Κό-

ad *Antonin.* Lib. III. §. 5. IV. §. 51. & ſup. v. Κεκόμψευται. Quod Grammaticus MS. ait, locutionem κομψότερον διάγειν, de aegrotis, *qui meliuſculi eſſe incipiunt*, reprehendi, *Archilochus* ἄκομψον pro *aegrotante* dixit. *Heſychius*: Ἄκομψον. ἀπάνουργον, ἁπλοῦν. Ἀρχίλοχος, οὐκ εὖ διακείμενον. Ac neſcio, an ad eam notionem reſpexerit *Heſychius*, κομψότερον explicans ἐλαφρότερον.

19. Κομιδῆ.] Rectius ab aliis Grammaticis exponitur σὺν ἐπιμελείᾳ, *cum cura*, *accurate*. Frequentiſſimum eſt apud *Platonem*, κομιδῆ μὲν οὖν, cum quid reſpondendo affirmatur. Alcib. I. p. 36. C. Parmen. p. 68. D. 71. B. Lyſ. p. 113. D. Theaet. p. 119. F. 121. D. ὅταν ἡ κομιδῆ ἕτερον, Politic. p. 175. E. τὰ δ' ἐνταῦθα ἤδη μαραινόμενα κομιδῆ, τὸ παράπαν ἐξηφανίζετο. Ibid. p. 187. B. Κομιδῆ γε εἴρηκας ἅπαντα. Euthydem. p. 215. A. τούτω γὰρ ἐστὸν κομιδῆ παμμάχω. Lachet. p. 249. H. καὶ κομιδῆ μοι δοκεῖ μουσικὸς ὁ τοιοῦτος εἶναι. Sympoſ. p. 333. B. & ibi Scholia.

20. Κορυβαντιᾷν.] Ione p. 145. B. καὶ οἱ μελοποιοὶ οἱ ἀγαθοὶ ὡσαύτως, ὥσπερ οἱ κορυβαντιῶντες οὐκ ἔμφρονες ὄντες ὀρχοῦνται. Ibid. p. 146. B. Sympoſ. p. 333. C. πολύ μοι μᾶλλον ἢ τῶν κορυβαντιώντων ἡ καρδία πηδᾷ. ubi vide Scholia. Phaedr. p. 337. C. ἤδη ὅτι ἕξοι τοῦ συγκορυβαντιῶντα. Criton. p. 375. fin. Ταῦτα — ἐγὼ δοκῶ ἀκούειν, ὥσπερ οἱ κορυβαντιῶντες τῶν αὐλῶν δοκοῦσιν ἀκούειν· καὶ ἐν ἐμοὶ αὕτη ἡ ἠχὴ τούτων τῶν λόγων βομβεῖ, καὶ ποιεῖ μὴ δύνασθαι τῶν ἄλλων ἀκούειν. unde profeciſſe *Maximum Tyr.* Diſſ. XXXVIII. p. 447. monuit *Dan. Heinſius.* Eundem locum imitati ſunt cum alii, laudati ab *H. Valeſio* Emend. II. 4. p. 52. tum *Lucian.* Lexiph. p. 338. κορυβαντιάζειν μοι δοκῶ, περιβομβούμενος ὑφ' ὧν κατεσκέδασάς μου ὀνομάτων. *Horatius* I. Ep. 1. 7. *Eſt mihi purgatam crebro qui perſonet aurem.* quem locum cum hoc *Platonico* com-

**Κόρυδοι**[21]. ὅμοιοι ὄρτυξιν ὄρνιθες.

**Κορυζᾷν**[22]. μύξας ῥεούσας ἔχειν. Κόρυζα γὰρ ἡ μύξα.

Κορο-

comparat *Lambinus*. Proprie verbum de *aegrotis, qui tibiarum ſonum ſibi audire viſi, quaſi furiis agitantur, & vexantur inſomniis*, uſurpari ſolitum, egregie docuit *Joſ. Scaliger* ad *Catull*. Carm. XXXVIII. & Animadv. in *Euſeb*. p. 27. cujus ſententiam pluribus confirmant *Salmaſ*. Exerc. *Plin*. p. 764. & *P. Petitus* ad *Aret. Cappadoc*. p. 174. Hanc κορυβαντιῶσαν inſomniam veteres muſica curaſſe, tradit Philoſophus noſter Legg. VII. p. 628. D. ὡς ἐξ ἐμπειρίας αὐτὸ εἰλήφασι καὶ ἐγνώκασιν ὂν χρήσιμον αἵτε τροφοὶ τῶν σμικρῶν, καὶ αἱ περὶ τὰ τῶν Κορυβάντων ἰάματα τελοῦσαι. ἡνίκα γάρ ἄν που βουληθῶσι κατακοιμίζειν τὰ δυσυπνοῦντα τῶν παιδίων αἱ μητέρες, οὐχ ἡσυχίαν αὐτοῖς προσφέρουσιν, ἀλλὰ τοὐναντίον κίνησιν, ἐν ταῖς ἀγκάλαις ἀεὶ σείουσαι· καὶ οὐ σιγὴν, ἀλλὰ τινὰ μελῳδίαν, καὶ ἀτεχνῶς οἷον καταυλοῦσι τῶν παιδίων, καθάπερ αἱ τῶν ἐκφρόνων βακχειῶν ἰάσεις, ταύτῃ τῇ τῆς κινήσεως ἅμα χορείᾳ καὶ μούσῃ χρώμεναι.

21. Κόρυδοι.] Eythydem. p. 222. G. ἀλλ' ἦμεν πάνυ γελοῖοι, ὥσπερ τὰ παιδία τὰ τοὺς κορύδους διώκοντα· ἀεὶ ᾠόμεθα ἑκάστην τῶν ἐπιστημῶν αὐτίκα λήψεσθαι, αἱ δ' ἀεὶ ὑπεξέφυγον. ubi vide Scholiaſten. Eundem locum laudat Scholiaſt. *Ariſtoph*. ad Av. v. 475. & cum ſimilibus comparat *Gataker*. ad *Antonin*. Lib. VI. §. 15. *Dio Chryſoſt*. Orat. IX. p. 141. D. οἱ δὲ κόρυδοι, πόσῳ τινὶ θᾶττον ὑμῶν διέρχονται τὸ στάδιον; *Plutarch*. Tom. II. p. 507. E. Sed plus, quam ſatis eſt, dedit *Valckenarius* Animadv. in *Ammon*. p. 128. De proverbio, ἐν ἀμούσοις καὶ κόρυδος φθέγγεται, vide *Jo. Brodaeum* ad Anthol. Lib. II. p. 220. & *Steph. Bergler*. ad *Alciphr*. Lib. III. Epiſt. 48. Tranſcripſit *Timaei* gloſſam *Suidas*.

22. Κορυζᾷν.] Reſpicit mordax & protervum convicium, quod in Socratem jecit Thraſymachus, Polit. I. p. 416. D. εἰπέ μοι, ἔφη, ὦ Σώκρατες, τίτθη σοι ἔστι; Τί δέ; ἦν δ' ἐγὼ, οὐκ ἀποκρίνεσθαι χρὴ μᾶλλον, ἢ τοιαῦτα ἐρωτᾷν; Ὅτι τοί σε, ἔφη, κορυζῶντα

Κοροπλάθοι [23]. οἱ τοὺς κόρους πλάττοντες κηρῷ ἢ γύψῳ.

Κορώνη.

ζῶντα προσορᾷ, καὶ οὐκ ἀπομύττεσθαι δεόμενον. ubi vide Scholiaſten. Scilicet κόρυζα, μύξα, βλέννα, λέμφος, *ſtuporis* habebatur indicium. Qua comica locutione praeter ceteros delectatus eſt *Lucianus*, ut Dial. Mort. XX. p. 416. De hiſtor. conſcr. p. 42. Alexandr. p. 227. & alibi. *Platonis* loco ſimillimus eſt ille Navig. p. 278. καί τοι ἑνὸς τοῦ ἀναγκαιοτάτου προσδεῖ, ὃς περιθέμενόν σε παύσει μωραίνοντα, τὴν πολλὴν ταύτην κόρυζαν ἀποξύσας. Quae pluribus perſecuti ſunt *Thom. Gataker.* ad *Antonin.* Lib. X. §. 29. & *Ti. Hemſterh.* ad *Lucian.* Dial. Select. p. 25. Ex Graecorum imitatione fluxit illud *Horatianum* de Lucilio, I. Serm. 4. 8. *Emunctae naris, durus componere verſus.* cujus receptam interpretationem ſequi malim, quam argutias viri Latine doctiſſimi, *Jacobi Facciolati* Epiſt. Phil. poſt Oration. p. 425. Sic βλεννὸς Graeci pro *fatuo* dicunt. Grammaticus MS. in Bibl. Sangerm. Βλεννὸν, τὸν νωθῆ καὶ μωρόν. Σώφρων Προμηθεῖ. *Plautus* item Bacchid. V. 1. 2. *Stulti, ſtolidi, fatui, fungi, bardi, blenni, buccones.* *Timaei* Codex habet, κόρυ γὰρ ἡ μύξα. Sed e Scholiis κόρυζα reſcripſi.

23. Κοροπλάθοι.] Κόρας Attici dicunt *pupas ex cera, argillave fictas, plangunculas.* *Dio Chryſoſt.* Orat. XXXI. p. 356. D. Τοιγαροῦν ὁμοίως δίδοτε τοὺς ἀνδριάντας, ὥσπερ οἱ τὰς κόρας ταύτας ὠνούμενοι τοῖς παισίν. ubi Scholion margini adjectum κόρας exponit τὰ παρὰ τῶν κοροπλάθων γύψινα πλαττόμενα ἀνδριαντάρια. *Heſychius:* Κόρη. νύμφη, ἣν ταῖς παρθένοις ἔπεμπον. Vide *Pierſonum* ad *Moerid.* p. 235. Ea vox fortaſſe reſtituenda eſt *Dionyſio Hal.* A. R. XI. p. 719. αἱ μὲν ἄνθη καὶ στεφάνους βάλλουσαι κατὰ τῆς κλίνης, αἱ δὲ τελαμῶνας ἢ μίτρας, αἱ δὲ ἀθύρματα κόμης παρθενικὰ, καί που τινὲς καὶ πλοκάμων ἀποκειράμεναι βοστρύχους. ubi vocem vitioſam, κόμης, tolli jubet *Caſaubonus* ad *Sueton.* Neron. 25. Sed legendum: αἱ δὲ κόρας, (*pupas*) ἀθύρματα παρθενικά. vel certe: αἱ δὲ ἀθύρματα κόρης παρθενικά.

Κράδη [24]. κλάδος.
Κραιπαλῶντα [25]. ἔτι ἀπὸ τῆς μέθης βαρυνόμενον.

Κρα-

Easdem pupas Graeci etiam νύμφας appellabant. Gloſſae veteres: *Puppae*, πλαγγόνες, αἱ τῶν παίδων νύμφαι. Vide *Caſaubon.* ad *Perſ.* Sat. II. p. 220. & *Toupium* Emend. in *Suid.* T. III. p. 114. Recentiores Graeci κοροκόσμια. Grammaticus MS. in Bibl. Sangerm. Κοροκόσμια κυρίως μέν ἐστι τὰ ἐπὶ τῶν τριοδίων πρόσωπα ξύλινα, ἃ δὴ οἱ Ἀττικοὶ Κόρας καλοῦσι· τέτραπται δὲ ἐκεῖθεν κἀπὶ τοὺς κόσμους τῶν παρθένων. Ὅλως δ' ἡγοῦνται τὴν λέξιν βάρβαρον. Tales κόρας qui fingebant, ab Atticis κοροπλάθοι, a ceteris Graecis κοροπλάσται dicebantur. Lexicon Rhetor. MS. Κόρη. ἡ παρθένος, καὶ τὸ μικρὸν ἀγαλμάτιον, τὸ γύψινον καὶ πήλινον· ἀφ' οὗ καὶ Κοροπλάθος ὁ ταῦτα ποιῶν καλεῖται cujus gloſſae partem deſcripſit *Etymol. M.* p. 530. 13. *Timaei* gloſſa ducta eſt e Theaetet. p. 116. C. καὶ πηλὸς ὁ τῶν κοροπλάθων, καὶ πηλὸς ὁ τῶν πλινθουργῶν. de quo loco plura diximus ad v. Ἰπνοπλάθοι, p. 149. *Iſocrates* de Permut. p. 738. ὥσπερ ἂν εἴ τις Φειδίαν τὸν τὸ τῆς Ἀθηνᾶς ἕδος ἐργασάμενον, τολμῴη καλεῖν κοροπλάθον. quem locum *Harpocrat.* in v. laudat. *Dio Chryſoſt.* Orat. LX. p. 580. C. *Achilles Tat.* Lib. III. p. 191. *Pollux* VII. 163. X. 189. & ibi *Hemſterh.* *Moeris* p. 235. & *Thom. M.* in v. *Proclus* in *Platonis* Tim. L. II. p. 120. οἱ δὲ ἀδρανεῖς τὰς ἰδέας, τύποις κοροπλαθικοῖς ἐφ' ἑαυτῶν οὔσας, καὶ ἔξω τοῦ νοῦ κειμένας εἰσάγουσιν. Κοραλλιοπλάσται, *fictores puparum, vel aliorum ejusdem generis frivolorum, e coralio,* occurrunt in marmore, quod poſt *Dorvillii* Sicula p. 569. edidit *P. Burmannus Secundus.* *Timaei* gloſſam *Suidas* in Lexicon ſuum retulit: in qua *Kuſterus* ſine cauſſa corrigit, ἐκ κηροῦ ἢ γύψου.

24. Κράδη.] Haec vox aut fruſtra tribuitur *Platoni*, aut me effugit interlegendum.

25. Κραιπαλῶντα.] Sympoſ. p. 316. G. ἄλλως τε καὶ κραιπαλῶντα ἔτι ἐκ τῆς προτεραίας. quod *Iſ. Caſaubon.* contulit cum illo *Perſii* Sat. III. v. 59.

Κρανίον 26. ἐν Κορίνθῳ γυμνάσιον.

Κραυ-

v. 59. *Oſcitat heſternum diſſutis undique malis.* Cum hujus verbi exempla frequentiſſima ſint, iis miſſis, unum *Athenaei* locum I. p. 31. A. apponam, ut ex eo duas inſignes maculas tollam: φησὶ δὲ καὶ Φιλῖνος· Ὅτι πορίζω Λέσβιον, Χῖον, Παπ. Θάσιον, Βίβλινον, Μενδαῖον, ὥστε μηδένα κραιπαλᾶν. At quis tandem eſt iſte *Philinus*? Cujus nominis Comicum ne fando quidem audivimus. *Athenaei* Epitome MS. quam in Bibliotheca Regia conſulimus, pro Φιλῖνος, Φιλωνίδης habet. Quod nomen ſi literis majuſculis ΦΙΛΥΛΝΟΣ ſcribas, ſtatim verum Comici nomen, ΦΙΛΥΛΛΙΟΣ, in oculos incurrit. *Philyllii* nomen etiam depravatum eſt in Grammatico MS. Bibl. Sangerm. Ἀναχφάσηλος. Φιλύλλος Αἰγεῖ. Lege: Φιλύλλιος Αὐγῇ. Illa ipſa gloſſa in *Suida*, partim bene, partim ſecus, ita legitur: Ἀκάλφιλοι. Φιλύλλιος Αἰγεῖ. Αὐγὴν hanc fabulam ſatis conſtanter vocant Grammatici. Apud *Suidam* quidem v. Φιλύλλιος, huic Comico Αἰγεὺς & Αὐγὴ tribuitur. Sed Αἰγεὺς e variante in textum irrepſit. In *Stephan. Byz.* v. Γαλλῶν) ſcribitur Φιλύλλιος Αὐγεῖ. quod ad veram lectionem Αὐγῇ proxime accedit. Redeamus ad *Athenaeum.* Pro mendo, quod *Philyllii* verſibus inſedit, in Epitome MS. clare & liquido legitur, Χῖον, σαπρὸν Θάσιον· quod etiam alius Codex, teſte *Caſaubono*, per compendium dubie ſignificabat. Οἶνον σαπρὸν Atticе pro *vino vetuſto* dici, erudite, ut omnia, docet *J. Pierſonus* ad *Moerid.* p. 353. Nomen etiam κραιπάλη notius eſt, quam ut exemplis confirmari debeat. *Phrynichus* MS. Κραιπάλη. ἡ ἀφ' ἑσπέρας ἄχρι τῆς ὄρθρου πόσις, καὶ παραφορὰ τῆς διανοίας, ἀπὸ τοῦ πάλλειν, ὑπὲρ ἀεὶ διαφορεῖν τὴν κεφαλήν.

26. Κρανίον.] Nulla quidem hujus Gymnaſii apud *Platonem*, ſed tanto crebrior apud alios ſcriptores eſt mentio, tanquam apud *Xenophont.* Hiſt. Graec. L. IV. p. 521. C.

*Plu-*

Digitized by Google

Κραυρότερον[27]. ψαθυρότερον καὶ εὐθραυστότερον.

Κυαμεῦσαι[28]. κυάμῳ ψηφοφορῆσαι, ᾧ ἐχρῶντο οἱ βουλευταί.

Κοι-

*Plutarch.* Alexandr. p. 671. D. *Athenaeum* Lib. XIII. p. 589. C. *Themiſt.* Or. II. p. 38. A. *Alciphron.* III. Ep. 60. ubi pro περὶ τὸ Κρανίον ἀλωμένους, quod *Berglerus* edidit, in Codice Regio legitur, περὶ τὸ Κράνειον εἰλουμένους. ut III. Ep. 64. περὶ χαμαιτυπίας εἰλούμενον. Multum in hoc Gymnaſio verſabatur Diogenes Cynicus. Vide *Dion. Chryſoſt.* Orat. IV. p. 61. A. VI. p. 87. C. VIII. p. 131. A. IX. p. 138. D. & *Hemſterhuſ.* ad *Lucian.* Dial. Mort. I. p. 329.

27. Κραυρότερον.] Tim. p. 539. B. Τὸ δὲ ὑπὸ πυρὸς πάχους τὸ νοτερὸν πᾶν ἐξαρπασθὲν, καὶ κραυρότερον ἐκείνου ξυστὰν, τὸ γένος ὃ κέραμον ἐπωνομάκαμεν, τοῦτο γέγονεν. Ibid. p. 544. H. τὴν δ᾽ αὖ τῆς ὀστείνης φύσεως ἕξιν ἡγησάμενος τοῦ δέοντος κραυροτέραν εἶναι καὶ ἀκαμπτοτέραν. *Dio Caſſ.* Lib. XLI. p. 291. οὔτ᾽ αὐτὴν ἐκείνην ἐν ᾗ διαιτᾶται ἔκπυροι, ἢ καὶ κραυροτέραν πη ποιεῖ. ubi hanc vocem ex libris ſcriptis bene revocavit *H. S. Reimarus*, ejecta gloſſa ξηροτέραν. Lib. XLVIII. p. 566. ὅτι τὸ μὲν κραῦρον αὐτῶν ὑπὸ μὲν τοῦ πυρὸς ὁμοφυοῦς οἱ ὄντος ἐπιτείνηταί τε καὶ θραύηται). Contra eandem recte *Iſ. Caſaub.* exemit *Eubulo* apud *Athen.* L. II. p. 63. D. A κραυρὸς eſt verbum κραυροῦσθαι, *indureſcere.* *Philo* II. p. 174. ἐκραυρώθη γὰρ ἡ ψάμμος, καὶ ἡ σποράς αὐτῆς οὐσία, συμφυεῖσα ἡνώθη. *Dio Caſſ.* Lib. LXVI. p. 1094. τῶν δὲ ἐν τῷ μέσῳ κραυρουμένων καὶ τεφρουμένων.

28. Κυαμεῦσαι.] Neſcio, an gloſſa fluxerit ex *Herodot.* Lib. VI. 109. ἦν γὰρ ἑνδέκατος ψηφιδοφόρος ὁ τῷ κυάμῳ λαχὼν Ἀθηναίων πολεμαρχέειν. Ceterum de *electione per fabas* omnia pervulgata ſunt. Vide *Daviſ.* ad *Max. Tyr.* Diſſ. XXII. p. 582. & quos laudat *Albertus* ad *Heſych.* In *Suida* male editur ψηφηφορῆσαι.

29. Κοι-

Digitized by Google

Κυλοιδιᾷν 29. τὰ κοῖλα οἰδαίνειν. Κοῖλα δὲ τὰ ὑπὸ τοὺς ταρσοὺς τῶν ὀφθαλμῶν μυώδη σαρκία.

Κύρ-

29. Κυλοιδιᾷν.] Quae ſint κῦλα in oculis, explicant *Pollux* II. 66. *Rufus Epheſ.* de Partib. hom. p. 24. *Euſtath.* ad Od. Ψ. p. 1951. & alii Grammatici. Κῦλα & κυλοιδιᾷν ubique ſcribendum eſſe, bene poſt alios docuit recti in his literis judicii vir, *Adr. Heringa* Obſerv. cap. 7. p. 59. & ſic a Gloſſographo noſtro ſcriptum eſſe, literarum ſeries oſtendit. Κυλοιδιᾷν dicuntur, *quibus oculi vel ex verberibus, vel ex inſomnia, vel ex quacunque alia cauſſa tument. Ariſtophan* Lyſiſtr. v. 473. ἐὰν δὲ τοῦτο δρᾷς, κυλοιδιᾷν ἀνάγκη. quo ſenſu fere idem eſt, quod ὑπωπιασθῆναι. *Nicander* Alexiph. v. 477. ἀμφὶ δὲ μήλοις Ἄνθεσι τε βρυόεντα κυλοιδιόωντος ἐρίζει. De iis, *qui oculos nimis contente in virgine fixerant*, venuſte *Theocritus* Eid. I. 38. οἱ δ' ὑπ' ἔρωτος Δηθὰ κυλοιδιόωντες ἐτώσια μοχθίζοντι. Quem locum viri docti comparare debuerant cum *Oppiano* Ἁλιευτ. IV. 19. & *Paulo Aegineta* III. 17. τοῖς ἐρῶσιν ὀφθαλμοὺς κοίλους tribuentibus, non cum *Suetonio* Tiber. cap. 7. *ſemel omnino ex occurſu viſam, adeo contentis & tumentibus oculis proſecutus eſt.* Ibi enim *tumentes oculos* dici lacrymis obortis turgentes, *Burm.* & *Oudendorp.* docent. *Theocriteae* locutionis elegantia multos ad imitandum invitavit. Auctor epigrammatis Anthol. L. VII. p. 616. Ἀρνεῖται τὸν ἔρωτα Μελησιὰς, ἀλλὰ τὸ σῶμα Κέκραγεν ὡς βελέων δεξάμενον φαρέτρην· Καὶ βάσις ἀστατέουσα, καὶ ἄστατος ἄσθματος ὁρμή, Καὶ κοῖλαι βλεφάρων ἰστυπέες βάσιες. ubi vide *Brodaeum. Heliodor.* Lib. IV. p. 172. οὐχ ὁρᾷς ὡς κυλοιδιᾷ μὲν τοὺς ὀφθαλμοὺς, καὶ τὸ βλέμμα διέρριπται. Lib. VII. p. 332. καὶ ὡς οὐ βούλοιτο, αὐτὴν ὠχριῶσαν καὶ κυλοιδιῶσαν πρὸς τῆς ἀγρυπνίας ὀφθῆναι τῷ νεανίᾳ. Non inſcite κυλοιδιῶντας deſcripſit *Philoſtratus* Junior Icon. XVII. p. 889. τῷ προσώπῳ ξυννεῦσαι ὀφρῦν ἐπὶ τὼ ὀφθαλμὼ ἐφέλκων, κάτω που, καὶ ἐν βάθει ὄντας, καὶ ἀμενηνὸν ὁρῶντας. Tales oculos *Nicander* Alexiph. v. 430. κοιλωπίας αὐγὰς vocat.

Κύρβις [30]. στήλη τρίγωνος πυραμοειδὴς, νόμους ἔχουσα περὶ θεῶν.

Κύρτος [31]. πᾶν πλέγμα τὸ εἰς ἰχθύων ἄγραν πεποιημένον.

Κω-

cat. *Heſychius*: Αὐλωπίας. κοιλόφθαλμος. quod fortaſſe ex Κυλωπίας corrupit. Gloſſae noſtrae ſedem aliis, qui majore vel ingenio, vel otio abundant, indagandam relinquo.

30. Κύρβις.] Politic. p. 187. B. γράψαντας ἐν κύρβεσί τισι καὶ στήλαις, τὰ δὲ καὶ ἄγραφα πάτρια θεμένους ἔθη. ubi vide Scholia. Libet hic apponere eruditam gloſſam Etymologici MS. in Bibl. Regia, ut ex ea *Etymol. M.* p. 547. 45. & emendetur, & ſuppleatur: Κύρβεις, αἱ τὰς τῶν θεῶν ἑορτὰς ἔχουσαι, ἤτοι ἀπὸ τῆς κατασκευῆς· εἰσὶ γὰρ κυρβασταὶ ἢ κρύβεις· ἐπεὶ τὰ τῶν θεῶν ἀποκρυπτόμενα δεῖ εἶναι. Ἀσκληπιάδης δὲ ἐν τοῖς Ἀξόνων ἐξηγητικοῖς ἀπὸ Κύρβεως, τοῦ τὰς ὁσίας ὁρίσαντος, ὥς φησι Φανίας ὁ Ἐφέσιος· ἢ ἀπὸ τοῦ ταῦτα κυροῦσθαι τοῖς γράμμασιν. Ἐρατοσθένης δὲ τριγώνους φησὶν αὐτὰς εἶναι, οὐ τετραγώνους. φησὶν Ἀριστοφάνης ὁμοίας εἶναι τοῖς Ἄξοσι· πλὴν ὅτι οἱ μὲν Ἄξονες, νόμους, οἱ δὲ Κύρβεις, ὁσίας ἔχουσιν. ἀμφότεροι δὲ τετραγώνιοι τὸ κατασκεύασμα, οἷον πλινθίον τι μέγα, ἀνδρομήκεις, ἡρμοσμένα ἔχον τὰ τετράγωνα ξύλα, τὰς πλευρὰς πλατείας ἔχοντα, καὶ γραμμάτων πλήρεις. καὶ ἑκατέρωθεν δὲ κνώδακας, ὥσπερ κινεῖσθαι καὶ περιφέρεσθαι ὑπὸ τοῦ ἀναγόντος. *Etymologi* locum tractavit *Salmaſius* de Modo Uſur. p. 98. ubi pro κυρβασταὶ ἢ κύρβεις legit κρυβασίαι ἢ κρύβιες. Malim, κρυβασταὶ, a κρυβάζειν. Mox pro ὁσίας bis bene ſcribit θυσίας, &, pro Ἐφέσιος, Ἐρέσιος. Sed nihil melius, quam quod pro δόνακας legendum vidit κνώδακας, ut totidem literis habet Etymologic. MS. Denique e vitioſa lectione τοῦ γράφοντος, vel, ut in MS. eſt, τοῦ ἀναγόντος, corrigo, τοῦ ἀναγινώσκοντος, ut eſt apud *Suidam*.

31. Κύρτος.] Sophiſt. p. 150. C. Κύρτους δὴ καὶ δίκτυα, καὶ βρόχους, καὶ πόρκους, καὶ τὰ τοιαῦτα, μῶν ἄλλο τι πλὴν ἕρκη χρὴ προσαγορεύειν; quo loco *Etymol. M.* p. 683. 19. uſus eſt. Tim. p. 546. F. G. 547. B. Legg. VII. p. 641. G.

Κω-

Digitized by Google

Κωμῳδεῖν [32]. σκώπτειν.

Κωλαγρέται [33]. οἱ ταμίαι τοῦ δικαστικοῦ μισθοῦ, καὶ τῶν εἰς θεοὺς ἀναλωμάτων.

Λαμ-

32. Κωμῳδεῖν.] Parmenid. p. 55. C. ὡς τοὺς ἐπιχειροῦντας αὐτὸν κωμῳδεῖν. Polit. III. p. 436. B. κακηγοροῦντας τε καὶ κωμῳδοῦντας ἀλλήλους, καὶ αἰσχρολογοῦντας. V. p. 457. E. ἐξῆν τοῖς τότε ἀστείοις, ταῦτα πάντα κωμῳδεῖν. Legg. VII. p. 639. A τὰ δὲ — τῶν ἐπὶ τὰ τοῦ γέλωτος κωμῳδήματα τετραμμένων, — καὶ κατὰ τὰ τούτων πάντων μιμήματα κεκωμῳδημένα, ἀνάγκη μὲν θεάσασθαι. XI. p. 684. D. E. Sympoſ. p. 323. F. H. Gorg. p. 287. D. μὴ οἴηταί με διακωμῳδεῖν τὸ ἑαυτοῦ ἐπιτήδευμα. Apolog. p. 365. A. ὃ δὴ καὶ ἐν τῇ γραφῇ ἐπικωμῳδῶν Μέλιτος ἐγράψατο. *Lyſias* p. 203. ed. *Tayl.* & *Jac. Perizon.* ad *Aelian.* V. H. Lib. II. cap. 13. p. 104. Tranſcripſit gloſſam *Suidas.*

33. Κωλαγρέται.] Κωλαγρέται, vel, ut alii ſcribunt, κωλακρέται, a Scholiaſte *Ariſtoph.* ad Veſp. v. 693. dici traduntur ἀπὸ τοῦ ἀγρεῖν τὰς κωλᾶς, quod victimae partes caperent: ut μαζαγρέτας dixit *Ariſtias* apud *Athen.* XV. p. 686. A. Gloſſographus noſter bene iis tribuit & *judicialis* & *ſacrae pecuniae* curam. Lexicon Rhetor. MS. Κωλακρέται. οἱ τῶν ἀργυρείων ταμίαι καὶ τὸ δικαστικὸν ἐταμιεύοντο τριώβολον, καὶ τὰ εἰς τοὺς θεοὺς ἀναλισκόμενα χρήματα. quocum conſentit Schol. Comici l. c. niſi quod univerſe εἰς θεοὺς ſcribat. *Heſychius*: Κωλακρέται. ἀργυρικοὶ ταμίαι, οὕς τινες οἴονται μόνου τοῦ δικαστικοῦ προΐστασθαι. In iis Grammaticis, quos *Heſychius* ſignificat, eſt etiam is, qui Δικῶν ὀνόματα collegit, in Bibl. Sangerm. Κωλακρέται. οἱ κρατοῦντες δικαστικὴν ζημίαν. Qui *Ariſtophanis*, Grammatici, auctoritatem ſecutus videtur. Is enim ſtatuerat, unius judiciariae pecuniae, non publicae univerſae, curam ad κωλακρέτας pertinuiſſe. Sed eum ex *Androtione* refellit Scholiaſtes Comici ad Av. v. 1540. Κωλακρέται etiam, quantum quisque pecuniae ad publicas triremes conferret, deſcripſiſſe videntur.

## Λ.

Λαμπτὴρ [1]. φανός.



tur. *Etymol. M.* p. 525. 14. Κωλακρέται. (lege, Κωλακρέται.) οἱ τῶν ἀργυρείων ταμίαι, οἱ τὸ τριηραρχεῖν ἔταττον. *Harpocration* v. Ἀποδέκται ex *Androtione* narrat, ἀποδέκτας a Cliſthene, multa in reipublicae Atticae forma novante, in κωλακρέτων locum eſſe ſurrogatos. Vide ibi *Mauſſac.* & *Valeſium* in *Mauſſac.* Notas p. 235. At *Pollux* VIII. 97. κωλακρέτας poſt ἀποδέκτας memorat, quaſi illi ἀποδέκταις ſucceſſiſſent: Ταμίαι τοῦ Θεοῦ, κληρωτοὶ μὲν ἐκ πεντακοσιομεδίμνων ἦσαν· τὰ δὲ χρήματα παρελάμβανον τῆς βουλῆς παρούσης. ἐκαλοῦντο δὲ οὗτοι κωλακρέται. εἶχον δ' ἐξουσίαν καὶ ζημίαν ἀφελεῖν, εἰ ἀδίκως ὑπὸ τῶν ἀρχόντων ἐπιβληθείη. Ex his ſatis ſuperque intelligi arbitror, quam juvenili levitate *Dan. Heinſius* ad *Sil. It.* I. 119. ſcripſerit, nugari Graecos iſtos, qui κωλακρέτας *aerarios* aut *theſaurarios* dicant. Poſt haec a nobis ſcripta editaque, illuſtris *Caylusſius* Recueil d'Antiquités T. II. Tab. 65. marmor Cyzicenum prodidit, in quo verbum a κωλακρέτης formatum, & hucusque inauditum, κωλεκρατέω, legitur: οἱ δὲ ἐκωλεκράτησαν ἐπ' ἑταιρῶν, Κορράγου Τιμόθεος, &c. Cum de ſcriptura lapidis, qui nunc Pariſiis ſervatur, dubitari non poſſit, credat fortaſſe aliquis, verbum per colonos Athenis Cyzicum translatum, vulgi ore depravatum eſſe. Sed ſatius eſt, culpam in marmorarium conferre, qui, duabus literis temere tranſpoſitis, ἐκωλεκράτησαν ſculpſerit pro ἐκωλακρέτησαν. Ceterum gloſſam etiam habent *Photius* Lexico MS. & *Suidas.* Quam qui in *Platone* quaerere inſtituerit, operam perdet. Pro ταμίαι MS. ταμιεῖαι.

1. Λαμπτήρ.] *Phrynichus* MS. Λυχνοῦχος, Λαμπτὴρ, Φανὸς, διαφέρουσι. Λυχνοῦχος

Λαχεῖν δίκην [2]. γράψασθαι.
Λάχος [3]. κλῆρος.

Λεία.

μὲν ἐστι σκεῦός τι, ἐν κύκλῳ ἔχον κέρατα, ἔνδον δὲ λύχνον ἡμμένον, διὰ τῶν κεράτων τὸ φῶς πέμποντα. Λαμπτὴρ δὲ, χαλκοῦν, ἢ σιδηροῦν, ἢ ξύλινον λαμπάδιον, ὅμοιον ἔχον θρυαλλίδα. Φανὸς δὲ, φάκελος τινῶν συνδεδεσμένος, καὶ ἡμμένος, ὃ καὶ διὰ τῶν π. Sed hoc diſcrimen ſaepe a veteribus neglectum eſſe, multis exemplis, quae hic ponere nihil attinet, intelligitur. Vide *Caſaubon.* ad *Sueton.* Caeſ. cap. 31. & *Valckenar.* Anim. in *Ammon.* p. 147. *Artemidorus* V. p. 256. Ἔδοξέ τις τὸν δοῦλον αὐτοῦ, ὃν μάλιστα παρὰ τοὺς ἄλλους ἐτίμα, φανὸν γεγονέναι, τοῦτον ὃν περ λαμπτῆρα καλοῦσιν. ubi, tanquam Grammatici gloſſema, contextu ejicienda ſunt verba: τοῦτον ὃν περ λαμπτῆρα καλοῦσιν. Vocem λαμπτὴρ non memini me legere in *Platone*.

2. Λαχεῖν δίκην.] Cod. MS. corruptiſſime exhibebat: Λαχεῖν. δίκειν. Sed bene Cl. *Taylor.* ad *Lyſ.* p. 316. emendat: Λαχεῖν δίκην. quod in textum recipere non dubitavimus. *Heſychius:* Λαχεῖν δίκην. γράψασθαι, δικάσασθαι. idque jure Atticis tribuunt *Moeris* p. 243. & *Thom. M.* Euthyphr. p. 49. C. ἐκεῖνῳ τῷ διδασκάλῳ λάχε δίκην πρότερον ἢ ἐμοί. ubi vide Scholia. Legg. VI. p. 617. G. τούτων πέρι λαγχάνειν μὲν ἐν ταῖς κοιναῖς δίκαις τὸν ἀδικούμενον. VIII. p. 674. D. δίκας ἀσεβείας τῷ ἐθέλοντι λαγχάνειν ὑπεχέτω. XI. p. 681. E. ἔστω δίκην λαχεῖν ἐπιτροπίας. ibid. p. 685. A. E. XII. p 688. H. Nihil hac forma frequentius in Oratoribus Atticis.

3. Λάχος.] Legg. V. p. 612. B. καὶ δὴ τὸ μετὰ τοῦτο δώδεκα θεοῖς δώδεκα κλήρους θέντας, ἐπονομάζειν καὶ καθιεροῦν τὸ λαχὸν μέρος ἑκάστῳ τῷ θεῷ. Hic, aliquando ſuſpicatus ſum, pro λαχὸν legendum eſſe λάχος, abjecto μέρος, quod ex gloſſemate irrepſerit: ut factum eſt in *Suidae* Codice Leidenſi: πρῶτον λάχος μέρος οἴομαι. Nec ea ratio diſplicebat politiſſimo *Santenio.* Sed cum *Pollux* etiam VIII. 91. τὸ λαχὸν pro *re, quae alicui ſorte obtingit*, dixerit, nihil decernere audeo.

 4. Λεία.

Λεία [4]. ἁρπαγὴ ἀπὸ τῶν πολέμων.

Λήξεις [5]. τῆς τριακάδος καλουμένης λήξεώς τε περὶ δικῶν, καὶ προσκλήσεων, καὶ κλητήρων. Κλητῆρες δὲ, οἱ μάρτυρες.

Λιθολόγοι [6]. οἰκοδόμοι.

Λίσπαι.

4. Λεία.] Nec hanc vocem in *Platone* reperi. Pro πολέμων lege πολεμίων.

5. Λήξεις.] Hic aquam mihi haerere, ingenue fateor. Conſultus *Hemſterhuſius* meus ita reſpondebat: „Unde verba τῆς „τριακάδος καλουμένης huc „fuerint invecta, expu„tare ſane nequeo: cer„te interpretatio eſt Ἕνης „καὶ νέας· nam credibile „non videtur fuiſſe ſcri„ptum Λήξεως, τῆς τριακά„δος κ. ut quis λῆξιν dixe„rit a λήγω *finem* vel *ulti„mum diem menſis*, quem„admodum uſurpari ſo„let λήγοντος τοῦ μηνὸς, τοῦ ἔτους, „&c.”. *Toupius* Emend. in *Suid.* T. III. p. 88. cum tria in hac gloſſa commemorata videret, λήξεις δικῶν, προσκλήσεις, κλητῆρες, legendum conjecit: τῆς τριάδος καλουμένης. At quo pacto λῆξις, de qua una *Timaeus* agit, τριὰς appellari potuit? Nam verba, quae ſequuntur, non ſunt *Timaei*, ſed *Platonis* Legg. VIII. p. 849. G. καθ' ἃ δεῖ τὰς τιμωρίας γίγνεσθαι, λήξεών τε περὶ δικῶν, καὶ προσκλήσεων, καὶ κλητήρων. Mihi gloſſa mutila videtur, nec ſine melioribus libris reſtituenda. Polit. IV. p. 447. E. καὶ δικῶν λήξεις, καὶ δικαστῶν καταστάσεις. Legg. XII. p. 688. H. 689. C. 692. C. *Pollux* VIII. 29. Δίκης μὲν λῆξις εἴη ἂν, ὃ νῦν καλούμενος τύπος· τὸ δὲ ἰδιωτικῶς, ἀμφισβήτημα. ἀνεκρίνοντο δὲ τὰς λήξεις οἱ ἄρχοντες. Pro κλητήρων in MS. erat κλητηρίων.

6. Λιθολόγοι.] Veteres Grammatici dicunt, λέγειν, ἀναλέγειν, διαλέγειν uſitata fuiſſe pro οἰκοδομεῖν, ἀνοικοδομεῖν, & λιθολόγος pro οἰκοδόμος. Id tamen non de *architectis*, ſed de *fabris caementariis*, *qui lectos lapides componunt*, intelligendum eſſe, exquiſitioris eruditionis ubertate docet *Valckenarius* Annot. Crit.

Digitized by Google

Λίσπαι [7]. οἱ δίχα πεπρισμένοι.

Λόγιοι.

Crit. in N. T. p. 379. Idem locis pluribus, quibus τέκτονες & λιθολόγοι tanquam diverſi ponuntur, confirmatur. Legg. IX. p. 653. G. καθάπερ ἢ λιθολόγοις, ἢ καὶ τῷ ἑτέρως ἀρχομένοις συνάσεως. ubi *H. Stephanus*, neſcio quo in Codice, gloſſam οἰκοδόμοις in textu invenit. Vide ibi Scholia. Legg. X. p. 671. F. οὐδὲ γὰρ ἄνευ σμικρῶν τοὺς μεγάλους φασὶν οἱ λιθολόγοι λίθους εὖ κεῖσθαι, quo *Kuhnius* reſpexiſſe putabat *Pauſaniam* Lib. II. p. 169. λίθοι δὲ ἐνήρμοσται πάλαι, αἳ μάλιστα αὐτῶν ἕκαστος ἁρμονίαν τοῖς μεγάλοις λίθοις εἶναι. *Themiſt.* Orat. IV. p. 60. A. καὶ ἐργάζονται ὑμῖν ταῦτα τὰ ἔργα οἱ χαλκεῖς, καὶ τέκτονες, καὶ λιθολόγοι. Orat. X. p. 137. τεκτόνων δὲ ἄνευ καὶ λιθολόγων ἀνιέναι τὰ ἐπιτειχίσματα. *Pollux* I. 161. Lexicon Rhet. MS. λιθολογήματα, τὰ νῦν λιθόστρωτα. Sic *Etymol. M.* p. 525. I. *Homericam* κραταίπεδον exponit λιθόστρωτον ἔδαφος, ἢ ψηφολογικόν. & Interpretes Alexandrini Tobiae XIII. 17. αἱ πλατεῖαι — ἐν λίθῳ ἐν Σουφεὶρ ψηφολογηθήσονται. Cum *Timaeo* congruunt *Photius* MS. & *Suidas*.

7. Λίσπαι.] Sympoſ. p. 323. F. ὅπως μὴ καὶ αὖθις διασχισθησόμεθα, καὶ περίιμεν ἔχοντες, ὥσπερ οἱ ἐν ταῖς στήλαις, κατὰ γραφὴν (ſic ſcribe) ἐκτετυπωμένοι, διαπεπρισμένοι κατὰ τὰς ῥῖνας γεγονότες, ὥσπερ λίσπαι. ubi vide Scholiaſten. Λίσπας *Ficinus*, & *Cornarius* in Eclog. p. 334. de *animalibus minutis & circa coxas attenuatis* acceperunt, haud dubie ſecuti auctoritatem *Calliſtrati* apud Schol. Comici ad Ran. v. 848. Καλλίστρατος δὲ (Λίσπας φησὶ) θηρίδιον λεπτὸν σφόδρα· ἀφ' οὗ καὶ οἱ τὰ ἰσχία λεπτοί, λίσποι λέγονται). Sed toto coelo, quod ajunt, errant. Nam λίσπαι h. l. ſunt *tali in medio inciſi, & uſu detriti*. Egregie *Suidas*: Λίσποι. οἱ μέσον διαπεπρισμένοι ἀστράγαλοι, καὶ ἐκτετριμμένοι. vel, ut alii rectius, ἐκτετριμμένοι. quae, neſcio, an ex integriore *Timaei* exemplari hauſerit. Certe ἀστράγαλοι ex *Timaeo*, ſuſpicor, excidiſſe. Vide *Heſych.* v. Λίγδοι. & Λίσποι, qui aliam quoque affert hujus vocis notionem: Λίσπαι, οἱ ἐκ μέσου πεπρισμένοι, τὰ κάτω μέρη. Scilicet vetus co-

Λύγη [8]. σκιά, ἐπίκρυψις.
Λυκαβηττός [9]. ὄρος τραχύ.

## Μ.

Μανόν [1]. τὸ ἀραιόν. καὶ ὁ μαινόμενος, ὁ μὴ ἰσχυρὸς ταῖς φρεσίν.

Μέ-

comoedia Athenienſes, tanquam λισποπύγους, perſtringebat, non quod illorum nates ſedendi aſſiduitas graciliores reddidiſſet, ſed quod eas mutuae libidines attriviſſent. *Phrynich.* MS. Λισπόπυγος. ὁ ἀποτετριμμένην ἔχων τὴν πυγήν. Λίσπη γάρ ἐστιν ἡ ἀποτετριμμένη ἀστράγαλος. *Pollux* II. 184. & *Erhard.* ad *Petron.* cap. 81. Λισποπύγους etiam ὑπολίσπους πυγὴν vocabant. *Phrynichus* MS. alio loco: Ὑπόλισπος πυγήν. ὁ ἀποτετριμμένος τὴν πυγὴν, καὶ μικρὰν ἔχων. ἡ μεταφορὰ ἀπὸ τῶν λίσπων. Λίσπαι γάρ εἰσιν αἱ ἀποτετριμμέναι ἀστράγαλοι. *Ariſtophan.* Equit. v. 1365. Πολλοῖς γ' ὑπολίσποις πυγιδίοισιν ἐχαρίσω. ubi vide Schol. Eandem rem venuſte extulit *Antipater Theſſalonicenſis* Epigr. inedito: τὴν ἐλάφου παιδὸς ἀπυγοτέρην. In tranſitu caſtigandus *Heſychius*: Ὑπολιφόν. ὀλισθηρόν. Lege: Ὑπόλισφον. Atticos enim λίσφος pro λίσπος dixiſſe, docent *Moeris* p. 245. & *Tzetzes* ad *Heſiod.* Ἐργ. v. 156. Etymologicum MS. in Bibl. Regia: Λίσφοι τοῦ ἰσχία, οἱ Ἀττικοὶ, παρὰ τὸ λεπτὰν αὐτὰ σαρκῶν. δύναται καὶ Λίσφοι λεῖοι εἶναι κατὰ τὴν ὀσφύν. Plura de hac forma *Pierſonus* ad *Moerid.* l. c.

8. Λύγη.] *Suidas*: Λύγαι. σκοτεινά. Lege: σκοτία. Quod *Iſ. Voſſius* ad *Heſych.* v. Ἀλυάζειν profert ex *Arcadio* MS. Ἀλυγή. σκιά. depravatum videtur ex Ἠλύγη. σκιά. Vide *Toupium* Emend. in *Suid.* II. p. 136. Supra ex *Platone* ἐπηλυγάζεσθαι tractavimus: at λύγη quaerendum.

9. Λυκαβηττός.] Crit. p. 560. F. Eryx. p. 745. A.

1. Μανόν.] Legendum ex *Suida*: Μανόν. τὸ ἀραιόν.

καὶ

Μέλιος [a]. ὁ τοῖς μέλεσι μάταιος.

Μέρ-

καὶ Μανὸς, ὁ μανινόμενος, &c. *Plato* Tim. p. 535. G. τὰ μὲν πυκνὰ καὶ βαρέα, — τὰ δὲ μανὰ καὶ κοῦφα. p 545. D. μανῷ μὲν ὀστῷ. p. 546. G. ὡς ὅλος τοῦ σώματος μανοῦ. p. 547. B. 549. E. Legg. V. p. 607. D. ἐλάττονα καὶ σμικρότερα καὶ μανώτερα ἔχων ἀμφότερα. Eandem vocem *Jan. Cornarius* Eclog. p. 776. reddidit *Platoni* Tim. p. 541. C. ὅσα μὲν γὰρ εἰσιόντα περὶ τὰ φλεβία, οἷόν περ δοκίμια τῆς γλώττης, τεταμένα ἐπὶ τὴν καρδίαν, εἰς τὰ μανώτερα τῆς σαρκὸς καὶ ἁπαλὰ ἐμπίπτοντα, γήϊνα μέρη κατατηκόμενα, ξυνάγει &c. Vulgo legitur, εἰς τὰ νοτερὰ τῆς σαρκὸς, & mox, γήϊνα μέζω &c. Τὰ μανώτερα planiſſime confirmat *Plutarch.* Symp. I. 6. p. 624. D. τὰ γὰρ φλεβία τῆς γλώττης, ὡς ὁ Πλάτων φησὶ, μαλακὰ, καὶ μανώτερα ὄντα. Alterum, γήϊνα μέρη, Codex meus, & *Stobaeus* MS. *Ocellus Lucan.* cap. 2. p. 520. τὸ δὲ βαρὺ καὶ κοῦφον, καὶ πυκνὸν καὶ μανόν. Crebra vox apud Medicos, tanquam *Aretaeum*. *Phrynichus* MS. Μανόν. τὸ ἀραιὸν οὕτως λέγουσι. Ἀθηναῖοι τὴν πρώτην συλλαβὴν ἐκτείνουσιν. Etymologicum MS. in Bibl. Regia: Μανία. μανὸν ἔλεγον τὸ ἀραιὸν, ὡς καὶ Αἰσχύλος· ἐμμανῶς στήμοις πέπλοις, τουτέστιν, ἀραιοῖς. Lege: ἐν μανοστήμοις πέπλοις. Ad eundem *Aeſchyli* locum pertinet gloſſa *Heſychii*: Μανοστήμοις. ἀραιοστήμοις. *Plato* etiam nomine μανότης non ſemel uſus eſt. *Photius* Lexico MS. Μανά. ἀραιά. καὶ Μανότης. ἀραιότης. οὕτως Πλάτων Tim. p. 544. B. πάντα ἡ σπληνὸς καθαίρουσα αὐτὰ δέχεται μανότης. p. 550. C. ὑπὸ μανότητος ὀστῶν. Leg. VII. p. 637. D. καὶ δὴ καὶ πυκνότητα μανότητι, καὶ τάχος βραδύτητι, καὶ ὀξύτητα βαρύτητι, &c. de quo loco Hiſtor. Acad. Inſcript. T. II. p. 199. videnda. *Dio Chryſ.* Or. XXXVI. p. 452. D. *Alciphron* Lib. III. ep. 41. *Max. Tyr.* Diſſ. VIII. p. 83. Μανὸν pro *furioſo* nec apud *Platonem* legi, nec apud quemquam veterum ſcriptorum.

2. Μέλιος.] In MS. ſolemni errore ſcribitur Μέλαιος. Vide infra v. Ὦ μέλεε.



3. Μέρ-

**Μέρμερος** [3]. ὁ διὰ πανουργιῶν φροντίδα τισὶν ἐμποιῶν.

**Μεσεγγυηθέν** [4]. ἐπὶ μεσιτῶν ἀποτεθέν, καὶ ἀμφισβητούμενον.

**Μεταλαγχάνειν** [5]. ἀφυστερεῖν, ἢ ἀποτυγχάνειν κλήρου.

Μετα-

3. Μέρμερος.] Hipp. Maj. p. 99. F. Μέρμερος πάνυ ἐστὶν, ὦ Ἱππία. ubi vide Scholia. Paulo ante dixerat: σχέτλιός ἐστι, καὶ οὐδὲν ῥᾳδίως ἀποδεχόμενος. ex quo vocis vis intelligitur. *Timaeus* in ea explicanda nimis originem preſſit. Ego potius ſumam pro *difficili*, *moroſo*, *cui non facile ſatisfacias*. Alii hac voce utuntur pro *gravi*, *arduo*, *moleſto*. *Homer.* Il. Θ. 453. πολέμοιό τε μέρμερα ἔργα. *Plutarchus* Gryllo p. 988. A. Τελμιτίαν ἀλώπεκα, μέρμερον χρῆμα. Proverbiale μερμέρειον κακὸν, ab aliis, ni fallor, Τερμέρειον κακὸν dictum, quo *Euripides* Rheſo v. 509. & *Themiſt.* Or. XXI. p. 261. A. uſi ſunt, ridet *Lucianus* Lexiph. p. 334.

4. Μεσεγγυηθέν.] Reſpicit Legg. XI. p. 675. F. ἐὰν δὲ τὸ μεσεγγυηθὲν θρέμμα ᾖ, τὸν νικηθέντα περὶ αὐτοῦ δίκῃ, τὴν τροφὴν ἐκτίνειν τοῖς ἄρχουσι. Hoc verbum commendat *Phrynich.* p. 46. Vide *Polluc.* VIII. 28. *Harpocrat.* v. Μεσεγγύημα, & ibi *Valeſ.* Lexicon Rhet. MS. Μεσεγγύημα. ἀργύριον ἐστὶ παρά τινι κείμενον ἐν ὁμολογίᾳ τῶν δόντων ἐπὶ τῷ ὁτιοῦν διαπραξάμενον λαβεῖν αὐτό. Cod. MS. una litera vitiata Μεσεγγυαθέν.

5. Μεταλαγχάνειν.] Pertinet gloſſa ad Gorg. p. 281. init. Πολέμου καὶ μάχης φασὶ χρῆναι οὕτω μεταλαγχάνειν. quem locum ita παραφράζει *Olympiodorus* Scholiis MSS. in hunc Dialogum: ὅτι ὄντος πολέμου καὶ μάχης ἐπικειμένης, ἔδει σε ὑστερῆσαι. Sed ſatius fuerit, *Hemſterhuſianam* explicationem afferre. „*Platonis* locum interpretor: *Ita nimirum, ut eſt in proverbio, decet belli pugnaeque participem eſſe; bellum pugnamque obire:* quod dicitur in eos, qui ſerius poſt rem peractam demum adveniunt. Reſponſio Socratis manifeſto ſenſum aperit: ſic μετὰ τὸν πόλεμον ἡ συμμαχία, μετὰ τὸν πόλεμον τὰς μηχανὰς κομίζειν, de *iis, qui quocumque modo ſerius,*

Digitized by Google

Μεταποιεῖσθαι [6]. ἀντιποιεῖσθαι.

Μετρίως ὠργασμένος [7]. ἀντὶ τοῦ, μεμαλαγμένος, ἢ δεδευμένος.

Μορ-

„ *rius, quam oportebat,* „ *vel adſunt, vel aliquid* „ *agunt*, uſurpatur. Qua- „ re ἀφυστερεῖν non verbum „ μεταλαγχάνειν, ſed men- „ tem ipſius proverbii „ declarat, ſumtumque „ eſt ex *Platonis* ὑστεροῦμεν." Vide Scholiaſten ad h. l. Polit. IV. p. 448. G. ᾧ προσήκει ταύτης τῆς ἐπιστήμης μεταλαγχάνειν. Legg. IX. p. 660. B. μήτε αἰσχύνης τινὸς ἀπόρου καὶ ἀξίου μεταλαχών. *Timaeo* gloſſam ſublegerunt *Photius* Lex. MS. & *Suidas.*

6. Μεταποιεῖσθαι.] Cod. MS. habet: Μεταποιεῖσθαι. ἀντὶ τοῦ ποιεῖσθαι. Sed recepimus lectionem *Suidae*, a quo nominatim laudatur Πλάτων Πολιτικοῖς, vel potius Πολιτικῷ. Locus eſt p. 183. D. ὡς ἀναμφισβητήτως δούλους ἔχομεν εἰπεῖν, ἥκιστα βασιλικῆς μεταποιουμένους τέχνης. & mox: μή ποτε βασιλικῆς μεταποιουμένους εὕρωμεν. *Herodot.* Lib. II. 178. ὅσαι δὲ ἄλλαι πόλις μεταποιεῦνται, οὐδέν σφι μετεὸν μεταποιεῦνται. *Plutarch.* T. II. p. 57. F. ἂν δὲ καὶ λόγων τινὸς ἐμπειρίας ὁρᾷ μεταποιούμενον. *Philoſtrat.* Heroic. cap. III. p. 710. *Themiſt.* Or. II. p. 24. A. *Waſſius* in *Thucyd.* Lib. II. 51.

7. Μετρίως ὠργασμένος.] In Cod. MS. levi vitio ſcribitur, ὠργιασμένος. Sed in hac ipſa gloſſa jam olim peccatum eſt gravius. Nam *Photius* Lexic. MS. ſic legit: Μετρίως ὀργασμένως. ἀντὶ τοῦ, μεμαλαγμένως, ἢ δεδευμένως. Multo inquinatius *Suidas*: Μετρίως ὠργισμένος. ἀντὶ τοῦ, μεμαλαγμένως, (Edd. prior. μεταλλαγμένως) ἢ δεδευμένως. quod, mirum eſt, a *Kuſtero* concoqui potuiſſe. Infra *Timaeus*: Ὀργάζειν. μαλάξαι. Et alio loco: Ὠργασμένος. μεμαλαγμένος quorum utrumque *Suidas* etiam deſcripſit. Gloſſa referenda eſt ad Theaet. p. 136. D. ὅταν μὲν ὁ κηρὸς τοῦ ἐν τῇ ψυχῇ βαθύς τε καὶ πολὺς καὶ λεῖος καὶ μετρίως ὠργασμένος ᾖ, τὰ ἰόντα διὰ τῶν αἰσθήσεων, ἐνσημαινόμενα εἰς τοῦτο τὸ τῆς ψυχῆς κέαρ, &c. Ceterum quis non miretur fatalem librariorum



in

Μορμολυκεῖα [8]. τὰ φοβερὰ τοῖς παισὶ προσωπεῖα.

Μορ-

in hoc verbo errorem? Nam hic quoque ὠργασμένος in εἰργασμένος commutarunt. Sed bonum factum, quod *Suidas* v. Ὠργασμένος *Platonis* locum emendatiorem laudavit: ex quo veram lectionem reſtituendam eſſe, dudum eſt, quod monuerit *Paul. Leopardus* Emend. XVI. 16. Neque aliunde *Pollux* VII. 165. excerpſiſſe videtur κηρὸν ὀργάζειν. Eſt vero ὀργάζειν *quamlibet materiam ſubigere, macerare, mollire. Sophocles* Oed. Tyr. v. 343. ex *T. H.* emendatione: καὶ γὰρ ἂν πέτρου φύσιν σύ γ' ὀργάσειας. Idem apud *Etymol. M.* p. 629. 35. Θέλοιμι πηλὸν ὀργάσαι. Eximium eſt Scholion, quod ex *Hippocratis* MS. margine protulit *Foëſius* Oecon. v. Ὀργασμός. Ὀργασμὸς. μαλαγμός. μέμνηται τῆς λέξεως καὶ Σοφοκλῆς ἐν Πανδώρᾳ λέγων· Καὶ πρῶτον ἄρχου πηλὸν ὀργάζειν χεροῖν. καὶ Ἀττικοὶ δὲ ἰδίως λέγουσιν Ὀργάσαι, τὸ τὰ ὑγρὰ τοῖς ξηροῖς μῖξαι καὶ ἀναφυρᾶσαι, καὶ οἷον πηλὸν ποιεῖν ubi pro ἐν Πανδάρῳ lege ἐν Πανδώρᾳ. In ipſo *Sophoclis* verſu olim conjiciebam; Καὶ πρῶτον ἀργὸν πηλὸν &c. quod Cl. *Brunckius* ſecutus eſt in Lexico *Sophocleo*. Nunc malim: Καὶ πρῶτον ἄρχου πηλὸν &c. ut *Aem. Portus* Lex. Ion. v. Ὀργάζειν correxit *Phrynichus* MS. Ὀργάζειν πηλὸν, τὸ διαβρέχειν. οὕτως γὰρ τὸ ὑγραίνειν οἱ ἀρχαῖοι λέγουσιν. καὶ Ὀργάδα, τὴν ἱερὰν καὶ ἀνιερωμένην γῆν, ὅτι ἐλώδης καὶ ἔνυγρος. qui, ut ſolet, reſpicit *Ariſtophan.* Av. v. 840. Χάλικας παραφόρει, πηλὸν ἀποδὺς, ὄργασον. ubi Scholiaſtes ex *Eupolidis* Προσπαλτίοις haec attulit: Ἢ πηλὸν ὀργάζειν τινά. *Herodotus* Lib. IV. 64. σαρκίσας βοὸς πλευρῇ, δέψει τῇσι χερσί. ὀργάσας δὲ αὐτὸ, ἅτε χειρόμακτρον ἔκτηται. ubi quod Codd. & Gloſſae praebent ὀργίσας, natum videtur ex ὀργήσας, ab ὀργάω. quam formam agnoſcit *Heſych.* v. Ὑποργηθεῖσα, & Ὠργημένον. *Nicander* Theriac. v. 651. Καὶ τὰ μὲν ὀργάζοιο, καὶ ἐν ἑνὶ τεύχεϊ μίξας. Alexiph. v. 155. & Schol. Poëta incertus apud *Athen.* Lib. X. p. 455. E. Κριθῆς ἄφλοιον χυλὸν ὀργάσας πίε. ubi vide *Caſaubonum. Heſych.* in v. & *Herodianus Atticiſta* p. 468.

8. Μορμολυκεῖα.] Proprie ſunt *larvae tragicae* vel

co-

Μορμορύττειν καὶ μορμολύττειν [9]. ἀντὶ τοῦ ἐκφοβεῖν, ἀμφότερον.

Μορυ-

comicae, ad terrorem incutiendum compoſitae: quales videas, licet, in *Terentio* nuper Urbini edito. Προσωπεῖα δείκηλα & μορμολύκεια *Iſidor. Peluſ.* Lib. II. Ep. 257. junxit. *Nunneſ.* ad *Phrynich.* p. 162. *Spanhem.* ad *Callim.* H. in Dian. v. 67. & *Hemſterh.* ad *Polluc.* X. 167. In fabulis Μορμολύκη Acherontis eſt nutrix; quod ex *Sophrone* tradit *Porphyr.* apud *Stob.* Ecl. Phyſ. p. 129. Alias puerorum terriculas, Lamiam, Gorgonem, Gellonem, Maniam, recenſet *Caſaubonus* ad *Strabon.* I. p. 36. Sed μορμολυκεῖον a propria *perſonae* ſignificatione tranſiit ad latiorem, & uſurpari coeptum eſt *de rebus iis, quae inanem afferunt terrorem.* *Plato* Phaedon p. 384. E. ἀλλ' ἴσως ἔνι τις καὶ ἐν ἡμῖν παῖς, ὅστις τὰ τοιαῦτα φοβεῖται. τοῦτον δὲ πειρώμεθα πείθειν μὴ δεδιέναι τὸν θάνατον, ὥσπερ τὰ μορμολύκεια. quod ab aliis etiam expreſſum docet *Gataker.* ad *Antonin.* L. XI. §. 23. *Seneca* de Conſtant. Sap. 4. *ut non dolore tantum, ſed doloris opinione vexemur, more puerorum, quibus metus incutit umbra, & perſonarum deformitas, & depravata facies.* Clem. *Alexandr.* Strom. L. VI. p. 780. οἱ πολλοὶ δὲ, καθάπερ οἱ παῖδες τὰ μορμολύκια, οὕτως δεδίασι τὴν Ἑλληνικὴν φιλοσοφίαν. *Arnobius* VI. p. 210. *ut ab actionibus improbi, tanquam parvuli puſiones, perſonarum monſtruoſiſſima torvitate, ſannis etiam conſtringerentur, & Maniis.* ubi pro *ſannis*, in quo MSS. variant, lege *Lamiis.* *Julian.* Or. VII. p. 238. A. σὺ δὲ ὅπως ἡμῖν μὴ τὸν Διογένη προβαλὼν, ὥσπερ τι μορμολύκειον, ἐκφοβήσῃς. *Themiſt.* Orat. V. p. 67. D. γράμματα ἀνθρώπινα δεδιότας, καὶ ἐπικήρυς ἀνάγκας, καὶ εὐθύνη μορμολύκεια. *Heliodor.* VI. p. 265. ὁρᾷς, ὅση τις τοῦ ὀνόματος ἡ δύναμις, καὶ ὡς οὐκ ἐμοὶ μόνον μορμολύκειον, ἀλλ' ἤδη καὶ Ναυσικλεῖ γίνεται. *Theophylactus*, Bulgariae Epiſcopus, Epiſt. 73. τὰ δὲ φόβητρα, ἃ ἡμῖν ἐπανατείνεσθε, μορμολύκια παίδων εἰσίν. Sed non neceſſe eſt, plura hujus generis cumulare.

9. Μερμορύττειν.] Μορμολύτ-

τεσθαι est *geſtu quodam & pronuncianda voce* Μορμὼ *pueros terrere*, ut bene explanat *Gesnerus* ad *Claudian.* Carm. XXXI. 111. Gorg. p. 291. G. Μορμολύττη αὖ, ὦ γενναῖε Πῶλε, καὶ οὐκ ἐλέγχεις. ubi *Olympiodorus* Scholiis MSS. Μορμολύττῃ, ἀντὶ τοῦ, ὡς παιδίον φοβεῖς. Vide ibi etiam Scholiaſten. Criton. p. 371. B. οὐδ᾽ ἂν πλείω τῶν νῦν παρόντων ἡ τῶν πολλῶν δύναμις ὥσπερ παῖδας ἡμᾶς μορμολύττηται, δεσμοὺς καὶ θανάτους ἐπιπέμπουσα. quem locum expreſſit *Philo* T. II. p. 468. πρὸς δὲ τὰς πληγὰς καὶ θάνατον ἐπανατεινόμενον, οὐ μορμολύττεταί με ταῦτα. *Ariſtophan.* Av. v. 1245. Ταυτὶ λέγουσα μορμολύττεσθαι δοκεῖς. *Lucian.* Deor. Dial. XIX. p. 251. μορμολύττεται γάρ με, καὶ φεύγω ὅταν ἴδω αὐτήν. *Themiſt.* Or. IX. p. 121. B. οὐδὲ μορμολύττεταί σε ἀνὴρ σιδηροῦς φανταζόμενος. Or. XXIX. p. 346. B. *Gregor. Nazianzen.* Or. XXXV. p. 563. C. κἂν σὺ μορμολύττῃ τοὺς ἀπλουστέρους. ubi *Baſilius* Scholiis nondum editis: Μορμολύττειν ἐστὶ, τὸ ἐκφοβεῖν· καὶ Μορμολυκεῖον, προσωπεῖον εἰς φόβον παιδίων ἀνοήτων, καὶ τύπος τις ἀλλόκοτος ὄψεως. εἴρηται ἀπὸ τῆς Μορμοῦς, τῆς καὶ Λαμίας. Θεόκριτος ἐν Θεσμοφοριαζούσαις (immo Ἀδωνιαζούσαις, v. 40.) τινὰ γυναῖκα πρὸς παιδίον λέγουσαν εἰσάγει, Μορμὼ δάκνει. Rariſſime μορμολύττεσθαι accipitur pro *formidare, timere. Plato*, vel potius alius ſcriptor *Platone* multo recentior, Axioch. p. 729. A. καίτοιγε τὸν πρόσθεν χρόνον διαχλευάζων τοὺς μορμολυττομένους τὸν θάνατον. Eadem poteſtate *Heſychius*: Μορμολύττεται· φοβεῖται. Activum μορμολύττειν, non, niſi apud Grammaticos, reperi. Aeque inſolens eſt forma μορμορύττειν, quam *Timaeus* primo loco ponit. *Heſychius* tamen habet: Μόρμορος. φόβος. Inde μορμορύττειν. Vide *Valckenar.* ad *Theocrit.* Adoniaz. p. 346. Alii ſcriptores pro μορμολύττεσθαι dicunt δεδίσσεσθαι, ut *Homerus* Il. Υ. 201. Πηλείδη, μὴ δή μ᾽ ἐπέεσσί γε, νηπύτιον ὥς, Ἔλπεο δειδίξεσθαι. ex quo *Platonis* locum, quem paulo ante attulimus, ductum eſſe, pulcre vidit *Pierſonus* ad *Moerid.* p. 119. Ex eodem *Homeri* loco fluxit gloſſa *Heſychii*, quae viros eruditos vehementer torſit: Δειδίξασθαι. ἐκφοβῆσαι τὰ παιδία ἀπὸ φρέατος εἰς δίος ἄξειν. Scribendum: Δειδίξασθαι. ἐκφοβῆσαι τὰ παιδία, ἀπὸ τέρατος εἰς δέος ἄξειν.

Μορυχαία[10]. οἰκία τις, ἀπὸ Μορύχου, ἐν ᾗ καὶ Ἄρτεμις Μορυχαία, ἀπὸ τοῦ καθιδρύσαντος.
Μουνυχία καὶ Ζέα[11]. λιμένες ἕτεροι τοῦ Πειραιέως.

Μυ-

10. Μορυχαία.] Reſpexit *Timaeus* Phaedr. p. 337. init. Ἀτὰρ Λυσίας ἦν, ὡς ἔοικεν, ἐν ἄστει. ΦΑΙ. Ναὶ, παρ' Ἐπικράτει ἐν τῇδε τῇ πλησίον τοῦ Ὀλυμπίου οἰκίᾳ τῇ Μορυχίᾳ. ubi *Hermias* Scholiis MSS. Ὁ δὲ Μόρυχος γάστρις τὶς ἄνθρωπος, καὶ ἡ κωμῳδία αὐτὸν ὡς γαστρίμαργον διαβάλλει. a quo nihil diſcrepat Scholiaſtes *Platonis*. Morychi gulam a Comicis vexatam eſſe, his locis intelligitur. *Plato* Comicus apud Schol. *Ariſtophan.* ad Nub. v. 109. Ὦ θεῖε Μόρυχε, τέως γὰρ εὐδαίμων ἔφυς, Καὶ Γλαυκέτης, ὁ ψῆττα, καὶ Λεωγόρας· Οἳ ζῆτε τερπνῶν, οὐδὲν ἐνθυμούμενοι. *Ariſtophan.* Acharn. v. 887. Ἦλθες ποθεινὴ μὲν τρυγῳδικοῖς χόροις, Φίλη δὲ Μορύχῳ. Veſp. v. 504. Ζῆν βίον γενναῖον, ὥσπερ Μόρυχος. Ibid. v. 1137. Ἐοικέναι μάλιστα Μορύχου σάγματι. ad quae loca videnda ſunt Scholia. Pac. v. 1008. Μορύχῳ, Τελέᾳ, Γλαυκέτῃ, ἄλλοις Τένθαις πολλοῖς. quem locum afferens *Suidas* v. Μόρυχος, haec explicationis loco adjecit: Ὀνόματα κύρια. οὗτοι ἐπὶ μαγγανείᾳ διεβέβληντο. Sed non dubitandum eſt, quin vel ipſe ſcripſerit, vel in Scholiis deperditis ſcriptum legerit: οὗτοι ἐπὶ λαιμαργίᾳ διεβέβληντο. *Diana Morychia* ineptis librariis originem debet. Quod erratum non fefellit acumen *Hemſterhuſii*: „ Suſpicor verba „ ἐν ᾗ καὶ Ἄρτεμις —— καθι- „ δρύσαντος huc eſſe per „ errorem translata ex ſe- „ quenti articulo, & poſt- „ ea emendatione prava „ fuiſſe ſcriptum Μορυχαία „ pro Μουνυχία· notiſſima „ certe haec Diana. Sic „ ἡμῖν in Νῦν δή. „ Gloſſa, quae jam *Photii* tempore interpolata fuit, ſic in ejus Lexic. MS. contracta reperitur: Μορυχαία. οἰκία τις, ἀπὸ Μορύχου, (ſic) ἐν ᾗ Ἄρτεμις. A Μόρυχος vero formatur Μορύχιος, non Μορυχαῖος. Illud igitur tenendum.

11. Μουνυχία καὶ Ζέα.] Neuter portus in *Platone* occurrit. Pro λιμένες ἕτεροι

Plo-

Μυδᾷν [12]. δίυγρον εἶναι, καὶ σήπεσθαι.



*Photius* Lex. MS. legit, λιμένες ἱεροί. Sed *Timaei* lectio retinenda eſt, & ſic exponenda: *portus alii diverſi a Piraeeo.* Cur enim magis ἱεροί, quam Piraeeus? Fuere ſcilicet, qui a Piraeeo diſtinguerent. De *Munychia* locus inſignis eſt *Ulpiani* ad *Demoſthen.* pro Cor. p. 533. F. Vide *Meurſ.* de Piraeeo cap. 3. & 9. & quae communicavi cum *P. Burmanno Secundo* ad *Propert.* II. 2. 59. Latinos poëtas hunc portum modo *Munychium*, modo *Monychium* vocare, docet *Marklandus* ad *Stat.* Silv. V. 3. 107.

12. Μυδᾷν ] Cod. MS. Μυδιᾷν. Quae forma cum nullo uſu recepta videatur, ex *Photio* MS. & *Suida* μυδᾷν repoſuimus. Μαδᾷν (quod eſt ipſum Latinum *madere*) & μυδᾷν cognata verba ſunt, nec differunt prima ſignificandi notione. Uſus tamen μαδᾷν in hanc partem flexit, ut ſemper de *pilorum defluvio* dicatur. Μυδᾷν patet latius, & tam in meliorem partem pro *madefieri*, quam in pejorem pro *putreſcere* & *foetere* uſurpatur. Vide *H. Stephan.* Ind. Theſ. in utraque voce, & *Foëſ.* Oecon. *Hippocr.* Ludunt in his verbis permutandis librarii. In *Ariſtophan.* Plut. v. 266. vetus Criticus jam olim διττογραφίαν notavit. *Apollon. Rhod.* III. 1041. Ἦρι δὲ μυδήνας τόδε φάρμακον, ἠΰτ' ἀλοιφῇ Γυμνωθεὶς φαίδρυνε τεὸν δέμας. Ibid. v. 1246. Τόφρα δὲ Μηδείης ὑποθημοσύνῃσιν Ἰήσων Φάρμακα μυδήνας. *Nicander* Theriac. v. 308. Οἱ δὲ φόνῳ μυδόωντες ἀναπτείουσιν ὀδόντες. Sed inprimis, ut dixi, μυδᾷν *de putredine, quae foetorem emittit*, frequentari ſolet. *Sophocles* Antig. 1020. Μυδῶσα κηκὶς μηρίων ἐτήκετο. *Dio Chryſoſt.* Orat. V. p. 86. C. Τὸν δὲ νεκρὸν εὑρεθῆναι σαπρὸν ἤδη καὶ μυδῶντα. *Lucian.* Dial. Mort. XIV. p. 398. ὁρῶντας τὸν νεκρὸν τοῦ θεοῦ ἐκτάδην κείμενον, μυδῶντα ἤδη καὶ ἐξῳδηκότα. Quem *Luciani* locum prae altero Dial. Mort. VII. p. 357. *Berglerus* comparare debuerat cum *Alciphr.* Lib. III. ep. 22. κεῖταί σοι τρίτην τριτην ἡμέραν ἐκτάδην, νεκρὸν,

## N.

Νεοθνής [1]. ὁ νεωστὶ τεθνεώς.

Νεοτελής [2]. ὁ νεωστὶ τετελεσμένος.

Νεουργόν [3]. νεωστὶ εἰργασμένον.

Νῦν

νεαρὸν, ἤδη μυδῆζαν. Idem Lib. I. ep. 17. *Longus* L. III. p. 128. Vide eruditiſſimum *Koenium* ad *Gregor.* de Dialect. p. 264. Nec μυδᾶν, nec μαδᾶν a nobis in *Platone* repertum eſt.

1. Νεοθνής.] Legg. IX. p. 656. H. ὡς ὁ θανατωθεὶς ἄρα βιαίως, ἐν ἐλευθέρῳ φρονήματι βεβιωκὼς, θυμοῦται τῷ δράσαντι νεοθνὴς ὤν. Cum *Timaeo* ad verbum congruunt *Photius* Lex. MS. & *Suidas*; niſi quod apud poſteriorem minus bene Νεοθνὴς edatur.

2. Νεοτελής.] Phaedr. p. 346. E. Ὁ μὲν οὖν μὴ νεοτελὴς, ἢ διεφθαρμένος, οὐκ ὀξέως ἐνθένδε ἐκεῖσε φέρεται. &c. Ibid. ὁ δὲ ἀρτιτελὴς, ὁ τῶν τότε πολυθεάμων. & p. 345. E. ἀποτελεῖς δὲ τοῦ ὅλου δέους ἀπέχονται. ubi bene *Hermias* Scholiis MSS. τὸ δὲ ἀποτελεῖς, ἀντὶ τοῦ, ἀτέλεστοι. Phaedon. p. 380. F. ὃς ἂν ἀμύητος καὶ ἀτέλεστος εἰς ᾅδου ἀφίκηται. Pro τετελεσμένος *Suidas* exhibet τετελειωμένος. ubi male vertitur, quod gloſſae ſedes ignorabatur.

3. Νεουργόν.] Polit. VI. p. 473. G. νεουργὸν ἱμάτιον ἔχοντος, ὡς νυμφίου παρεσκευασμένου. *Plutarch.* Sympoſ. L. IX. 10. p. 374. E. ἀλλὰ τοὔλαιον, ἂν ᾖ νεουργόν. *Liban.* Opp. T. II. p. 353. B. τὰ παλαιὰ μὲν ὡς νεουργὰ φερόμενοι. *Themiſt.* Or. II. p. 40. A. σφραγῖδα πάνυ λαμπράν τε, καὶ νεουργόν. Or. IV. p. 60. A. μετοικίζειν ἐκ παλαιοῦ σκήνους ἐκτετηκότος εἰς ἀρτιπαγές τι, καὶ νεουργόν. *Pollux* I. 25. IX. 18. Rariorem formam νεοεργὴς vel νεωργὴς habent *Alciphron* Lib. III. ep. 57. & *Heſych.* in v. *Timaeum* deſcripſerunt *Photius* Lex. MS. & *Suidas.*

Νῦν δή [4]. πρὸ ὀλίγου χρόνου ἡμῖν.
Νυνί [5]. ἐν τῷ ἐνεστῶτι χρόνῳ.
Νῶ [6]. ἡμεῖς.
Νῷϊν [7]. ἡμῖν.

## Ξ.

Ξεναγοί [1]. οἱ τοῖς ξένοις ἡγούμενοι ὁδοί.

Ξύλα

4. Νῦν δή.] Parmenid. p. 55. G. ἃ νῦν δὴ ἐγὼ ἔλεγον. Theaet. p. 115. E. οὐδένα πω ἐπῄνεσεν ὡς σὲ νῦν δή. Politic. p. 171. C. καθάπερ εἰκάζομεν νῦν δή. & centies alibi. Cum Futuro jungitur Sophiſt. p. 150. F. Καὶ νῦν δὴ τοῦτον ἰδιώτην θήσομεν; Legg. III. p. 588. A. Οὐκοῦν νῦν δὴ μᾶλλον βεβαιωσόμεθα τὸ τοιοῦτον. Plura, ex ipſo etiam *Platone*, de harum particularum vi notavit *J. G. Graevius* ad *Lucian.* Soloeciſt. p. 579. In fine gloſſae dele ἡμῖν, quippe ex vicina voce Νῷϊν huc inculcatum.

5. Νυνί.] Euthyphr. p. 51. C. οἶμαι μέντοι ἔγωγε τοῦτο νυνὶ καλῶς λέγεσθαι. Phileb. p. 95. A. ἅπερ νυνὶ διελήλυθα. Hipp. Maj. p. 97. G. 99. H. & ſexcenties alibi.

6. Νῶ.] Alcib. I. p. 33. G. αὐτὼ νώ γε καὶ μάλα σφόδρα. Phaedr. p. 350. A. εἰ οὖν ἴδοιεν καὶ νὼ καθάπερ τοὺς πολλούς. Ibid. p. 357. G. Vide *Apollon. Dyſc.* Excerpt. p. 428. & *Lucian.* Soloec. p. 467. ibique Schol. & *Graev.*

7. Νῷϊν.] Eraſt. p. 5. E. δυοῖν ὄντοιν νῷϊν περὶ τοῦ λόγου. Phileb. p. 79. C. ὥς γ' ἐμοὶ μᾶλλόν τι νῷϊν σχετλιώτερον. Theaet. p. 115. D. Sophiſt. p. 149. E. Politic. p. 170. C. 174. B. &c. Vide *Valckenar.* ad *Euripid.* Phoen. 463. & *Pierſonum* ad *Moerid.* p. 266. *Suidae* Cod. Leid. congruit cum *Timaeo*. In edito ἡμῖν deeſt.

1. Ξεναγοί.] Legendum: ἡγούμενοι ὁδὸν, vel, ὁδοῦ. Utroque modo *Heſychius*. Gloſſa autem pertinere videtur ad Phaedr. p. 238. B. ὥστε ἄριστά σοι ἐξενάγηται), ὦ φίλε Φαῖδρε. ΦΑΙΔ. Σὺ δέ γε, ὦ θαυμάσιε, ἀτοπώτατός τις φαίνῃ· ἀτεχνῶς γὰρ, ὃ λέγεις, ξεναγ-

ξύλων ἐρεψίμων [2]. στεγάσματά ἐςι τὰ ἐρέψιμα, τὰ εἰς τὰς οἰκίας κατατεταγμένα.

Ξυςί-

ξεναγουμένῳ τινὶ καὶ οὐκ ἐπιχωρίῳ ἐοικας. quem locum contulit *Ti. Hemſterhuſ.* cum hoc *Luciani* Contempl. p. 488. ξεναγήσεις γὰρ εὖ οἶδ᾽ ὅτι με ξυμπεριιοστῶν, καὶ δείξεις ἕκαστα, ὡς ἂν εἰδὼς ἅπαντα. *Alciphron* Lib. I. Ep. 26. ξεναγήσαντός μέ τινος τῶν ἀστικῶν, ἐπὶ τὰς Μαρτίου θύρας ἀφικόμην, Sic pro ἐξηγήσαντος veriſſime legit *Steph. Berglerus*. Sed ponamus totum locum, ſicut integre & emendate in Codice Regio ſcriptus reperitur: ξεναγήσαντός μέ τινος τῶν ἀστικῶν, ἐπὶ τὰς Βυρτίας θύρας ἀφικόμην, εἶτα καταλαμβάνω πρεσβύτην, ὀφθῆναι ῥικνὸν, συνεσπακότα τὰς ὀφρῦς, χαρτίδια ἀρχαῖά τινα, σαπρὰ δὲ διὰ τὸν χρόνον, ὑπὸ κόρεων καὶ σητῶν ἡμίβρωτα, διὰ χειρὸς κατέχοντα. ubi *Arnaldus* Obſ. Miſc. Vol. IV. T. III. p. 453. ſcripturam, χαρτίδια σαπρὰ & ἡμίβρωτα, conjectura aſſecutus eſt. ξεναγήσαντος etiam e ſcripto libro *Dorvillius* ad *Charit.* p. 447. confirmat. *Themiſt.* Or. IX. p. 123. B. ὅτι αὐτὸς τὰς Μούσας αὐτὸν ξεναγεῖ. Or. XI p. 151. D. ὅπως σε ξεναγουμένου καὶ ὁδηγετοῦντος, αἱ μὲν ἔνθεν, αἱ δὲ ἔνθεν ἐξανιστᾶσαι, ξεναγοῦντι ἐπὶ τὸν Βόσπορον.

2. ξύλων ἐρεψίμων.] Critia p. 560. E. Χρόνος δ᾽ οὐ πάμπολυς ὅτε δένδρων αὐτόθεν εἰς οἰκοδομὴν εἰς τὰς μεγίστας ἐρεψίμων τμηθέντων στεγάσματ᾽ ἐστὶν ἔτι σῶα. cujus loci corruptela tam manifeſta eſt, ut ne hebetiorem quidem, aut minus attentum fallere poſſit. *H. Stephanus* quaedam deeſſe putabat: at *Valckenarius*, στεγάσματα abundare. Igitur de ejus conjectura locus ſic refingendus: Χρόνος δ᾽ οὐ πάμπολυς, ὅτε δένδρων (αὐτόθεν εἰς οἰκοδομήσεις τὰς μεγίστας ξύλων ἐρεψίμων τμηθέντων) ἄττα ἦν ἔτι σῶα. Sed vide, an minore mutatione res ſic expediri poſſit: Χρόνος δ᾽ οὐ πάμπολυς, ὅτε ξύλων, αὐτόθεν εἰς οἰκοδομήσεις τὰς μεγίστας ἐρεψίμων τμηθέντων, στεγάσματ᾽ ἦν ἔτι σῶα. Δένδρων, an ξύλων legas, nihil intereſt. Οἰκοδομήσεις confirmat Codex Pariſinus. *Pollux* VI. 124. ex hoc loco excerpſit ἐρέψιμα ξύλα. *Euripides* Iphig. Taur. v. 48 πᾶν δ᾽ ἐρέψιμον στέγος βεβλημένον πρὸς οὖδας ἐξ ἄκρων



σταθ-

Ξυστίδες [3]. ποδήρη ἐνδύματα. οἱ δὲ χλαμύδας κοιμητικάς φασιν, ὅτι ἀπὸ τοῦ ξέσαι καὶ εἰργάσθαι ἐπιμελῶς.

## O.

Ὄα [1]. ἀκροδρύων εἶδος, μήλοις μικροῖς ἐμφερές.

Οἶνα-

ταθμῶν. *Heſychius*: Ἐρέψιμον. στεγάσιμον. *Ariſtophan.* Av. v. 1110. Τὰς γὰρ ὑμῶν οἰκίας ἐρέψομεν πρὸς αἰετόν. *Liban.* Opp. T. II. p. 337. A. leviter correctus: τὰ μὲν γὰρ ταῖς λιθοτομίαις ἵστησι τῇ πόλει τοὺς τοίχους· τὰ δὲ ταῖς ὕλαις ἐρέφει. *Timaeo* gloſſam ſublegerunt *Photius* Lex. MS. & *Suidas*; ut erret *Joſeph. Waſſius* ad *Thucydid.* Lib. II. 14. *Suidam* Interpretis *Thucydidei* interpretem egiſſe, ſcribens.

3. Ξυστίδες.] Polit. IV. p. 445. D. ἐπιστάμεθα γὰρ καὶ τοὺς γεωργοὺς ξυστίδας ἀμφιέσαντες, καὶ χρυσὸν περιθέντες, πρὸς ἡδονὴν ἐργάζεσθαι κελεύειν τὴν γῆν. ubi vide Scholia. Lexicon Rhetor. MS. Ξύστις. χιτὼν ποδήρης γυναικεῖος. οἱ δὲ, τραγικὸν ἔνδυμα ἐγκεκοσμημένον καὶ ἔχον ἐπιπόρπημα. οἱ δὲ, τὸ λεπτὸν, παρὰ τὸ ξέσαι. ἰδίως δὲ τὸ τῶν τραγῳδῶν ἔνδυμα. Scholiaſtes [F] MS. *Theocriti* in Bibl. Genevenſi ad Eid. II. 74. Ξύστις, Ἀττικῶς, ξυστὶς δὲ, κοινῶς, χιτὼν ποδήρης γυναικεῖος. οἱ δὲ, καὶ τραγικὸν ἔνδυμα. οἱ δὲ, περικαλὲς ἱμάτιον, ὃ οἱ ἡνίοχοι φέρουσι. Plura de hoc veſtimenti genere Interpretes ad *Ariſtoph.* Nub. 70. *Hemſterhuſ.* ad *Lucian.* Nigrin. p. 50. & *Toupius* ad *Longin.* p. 228. In *Timaeo* pro ἐξέαξ ſcribe ξέσαι, ut eſt apud ceteros Grammaticos, & pro ὅτι, διὰ τό.

1. Ὄα.] Hanc vocem in exemplaribus *Platonis*, quibus nunc utimur, fruſtra quaeras. Atqui eam, praeter *Timaeum*, olim in *Platone* legit *Pollux* VI. 80. μέσπιλα, ἃ καὶ ὄα καλεῖται· καὶ τοῦτο τοὔνομα ἔστι παρὰ Πλάτωνι, ὡς παρὰ Ἀρχιλόχῳ ἐκεῖνο. Quid igitur? Experiamur, an, conjectura duce,

duce, ad gloſſae cubilia perveniri poſſit. Totum ſi *Platonem* perlegeris, non niſi unum locum, cui *ſorborum* mentio accommodata ſit, reperies, Sympoſ. p. 322. E. Ταῦτα εἰπὼν (ὁ Ζεὺς) ἔτεμνε τοὺς ἀνθρώπους δίχα, ὥσπερ οἱ τὰ ᾠὰ τέμνοντες, καὶ μέλλοντες ταριχεύειν, ἢ ὥσπερ οἱ τὰ ᾠὰ ταῖς θριξίν. quem locum afferunt *Euſeb.* P. E. XII. p. 585. D. & *Suidas* v. Ταριχεύειν, ille ineptiſſime legens, τὰ ὦτα τέμνοντες, hic vulgatam lectionem ſervans. Equidem pulcre ſcio, *ova ſecta* in veterum menſis ſecundis appoſita eſſe. *Alexis* apud *Athen.* II. p. 60. B. Ὑπέφαινεν ᾠὸν ἡμίτομον τοὺς ἀστέρας. ubi vide *Caſaubon.* & XII. p. 517. E. Δίπυρον παραθήσεις ᾠὸν ἐπιτετμημένον. At *ova avium ſecta* ſale eſſe condita, ut diutius conſervarentur, ecquis ſando audivit? De *piſcium ovis*, praeſertim mugilum, id docuit *Thom. Reineſ.* Defenſ. Var. Lect. p. 167. Omnino in *Platone* legendum: ὥσπερ οἱ τὰ ὄα τέμνοντες, καὶ μέλλοντες ταριχεύειν, ἢ ὥσπερ οἱ τὰ ᾠὰ ταῖς θριξίν. De qua emendatione tanto minus dubito, quod eadem in mentem venerat *L. C. Valckenario*, ſingulari harum literarum ornamento, qui etiam loca quaedam, quibus confirmetur, humaniſſime mihi ſuggeſſit. *Platonis* ὄα a *Dioſcoride* Lib. I. cap. 174. dicuntur οὖα τμηθέντα καὶ ξηρανθέντα. *Galenus* in Gloſſ. *Hippocr.* Ὄα. τὰ πρὸς τῶν πολλῶν οὖα καλούμενα. Idem de Alim. Fac. T. VI. p. 351. ſcribit, τὴν προτέραν συλλαβὴν διὰ τοῦ ου ὄντων ὀνόματος, ὑπὸ τῶν παλαιῶν Ἀθηναίων, διὰ μόνου δὲ τοῦ ο γράμματος γράφεσθαί τε καὶ λέγεσθαι. Vide *Foëſ.* Oecon. *Hippocr.* Eandem, quam in *Platone*, corruptelam οὖα ſubierunt in *Philyllio* apud *Athen.* II. p. 52. B. & in *Antiphane* ibid. p. 56. E. Ex his locis quaedam occupavit *Bodaeus a Stapel* ad *Theophraſt.* Hiſt. Pl. p. 204. A. *Caſaubonus* tametſi *Platonis* locum in nullam vitii ſuſpicionem vocavit, tamen οὖα praeclare reſtituit *Dioni Chryſoſt.* Or. VII. p. 113. D. ἐξ ἑτέρας σκηνῆς ἐκόμιζεν οὖα τετμημένα, καὶ μέσπιλα, καὶ μῆλα χειμερινά. pro, ἐκόμιζεν οὖν τετμημένα. in eo minus laudandus, quod veram lectionem τετμημένα in τετηρημένα mutavit. *Heſychius*: Οἴμηλα. οἰμίηλα, ἀκρόδρυα. Lege: Ὄα. μῆλα, ἀκρό-

Οἴναρα.[2] τὰ τῆς ἀμπέλου φύλλα.

Οἰστρᾷ[3]. συντόνως καὶ μανικῶς κινεῖται.

Ὀκνεῖ[4]. εὐλαβῶς ἔχει.

Ὀκρίβας[5]. πῆγμα τὸ ἐν τῷ θεάτρῳ τιθέμενον, ἐφ' οὗ ἵστανται οἱ τὰ δημόσια λέγοντες. Θυμέλη γὰρ οὐδέ-

ἐπεχρόδειρα. Alterum οἰμίννλα litura ſanandum. Platonis locum ob oculos habuit Plutarchus Amator. T. II. p. 770. B. οἶσθα τοὺς παιδικοὺς ἔρωτας, ὡς ἀβεβαιότατα πολλὰ λέγουσι, καὶ σκώπτουσι λέγοντες, ὥσπερ ᾠὸν αὐτῶν τριχὶ αἱρεῖσθαι (lege, τριχὶ διαιρεῖσθαι) τὴν φιλίαν. ex quo Toupius Emend. in Suid. T. III. p. 188. in Platone ſcribi volebat: ὥσπερ οἱ τὰ ᾠὰ ταῖς θριξὶν διαιροῦντες. Sed hac correctione nihil opus eſt. Nam τέμνοντες ſemel poſitum bis intelligendum. Vix operae eſt monere, Timaei gloſſam a Suida eſſe deſcriptam.

2. Οἴναρα.] Haec vox non legitur in Platone. Vide Valcken. Anim. in Ammon. p. 175. Gloſſam etiam habet Suidas.

3. Οἰστρᾷ.] Theaet. p. 130. B. αὐτοῖς — οὐδὲν μᾶλλον οἷόν τε διαλεχθῆναι ἢ τοῖς οἰστρῶσιν. Phaedr. p. 346. H. ὥστε πᾶσα κεντουμένη κύκλῳ ἡ ψυχὴ οἰστρᾷ, καὶ ὀδυνᾶται. Polit. IX. p. 503. A. τότε δὴ δορυφορεῖταί τε ὑπὸ μανίας, καὶ οἰστρᾷ οὗτος ὁ προστάτης τῆς ψυχῆς. Ibid. C. Lennepius ad Phalarid. Ep. 7. p. 36. & Toupius App. Notar. in Theocrit. p. 30. A Timaeo gloſſam ſumſit Photius Lex. MS.

4. Ὀκνεῖ.] Parmen. p. 54. D. καὶ δεομένων ἡμῶν διελθεῖν τοὺς λόγους, τὸ μὲν πρῶτον ὤκνει· ἔπειτα μέντοι διηγεῖτο. Lyſ. p. 106. C. καὶ ὀκνῶ εἰπεῖν Σωκράτει τοὔνομα. Ib. p. 107. F. Theaet. p. 121. A. Hipp. Min. p. 230. B. Charm. p. 237. H. Polit. III. p. 434. B. ubi vide Scholia. Photius Lex. MS. Ὀκνεῖν. τὸ φοβεῖσθαι δηλοῖ παρὰ τοῖς παλαιοῖς. Idem eſt ἀποκνεῖν. Theaet. p. 124. D. Sophiſt. p. 157. A. Politic. p. 178. D. &c. Neque tamen eſt, quare cum Thom. M. magis Atticum putes, quam ὀκνεῖν.

5. Ὀκρίβας.] Sympoſ. p. 324. B. εἰ ἰδὼν τὴν σὴν ἀν-

οὐδέπω ἦν. Λέγει γοῦν τις· Λόγιόν ἐστι πῆξις ἐστορεσμένη ξύλων, εἶτα ἑξῆς Ὀκρίβας δὲ ὀνομάζεται.

Ὁμηρίδαι [6]. οἱ τὰ Ὁμήρου ὑποκρινόμενοι.

Ὁμόσε [7]. εἰς ταὐτὸ ὑπὸ τῶν ἐναντίων εἰς μάχην φερόμενοι.

Ὁμό-

ἀνδρείαν καὶ μεγαλοφροσύνην ἀναβαίνοντος ἐπὶ τὸν ὀκρίβαντα μετὰ τῶν ὑποκριτῶν. ubi Scholiaſtes: Ὀκρίβαντα, τὸ λογεῖον, ἐφ' οὗ οἱ τραγῳδοὶ ἠγωνίζοντο. τινὲς δὲ καλλίβαντα (l. κιλλίβαντα) τρισκελῆ φασιν, ἐφ' οὗ ἵστανται οἱ ὑποκριταὶ, καὶ τὰ ἐκ μετεώρου λέγουσιν· quam gloſſam e *Diogeniano*, quem ſaepe laudat, ductam eſſe, ex *Heſychio* colligere licet. *Photius* Lex. MS. Ὀκρίβας. τὸ λογεῖον, ἐφ' ᾧ οἱ τραγῳδοὶ ἠγωνίζοντο. καὶ Πλάτων ὁ φιλόσοφος Συμποσίῳ κέχρηται τῷ ὀνόματι. Pro *cothurnis* tragicis hanc vocem accepit *Philoſtrat.* V. A. Lib. V. p. 195. ἐφιστᾶσα δὲ ὀκρίβασιν οὕτως ὑψηλοῖς. Lib. VI. p. 245. ὀκρίβαντος δὲ τοὺς ὑποκριτὰς ἀνεβίβασεν, ὡς ἴσα ἐκείνοις βαίνοιεν. de Vit. Sophiſt. L. I. 9. p. 492. de *Aeſchylo*: ἐσθῆτι τὴν τραγῳδίαν κατασκευάσας, καὶ ὀκρίβαντι ὑψηλῷ. cum quo loco omnino comparandus eſt ille *Themiſt.* Orat. XXVI. p. 316. D. Θέσπις δὲ πρόλογόν τε καὶ ῥῆσιν ἐξεῦρεν. Αἰσχύλος δὲ τρίτον ὑποκριτὴν καὶ ὀκρίβαντας. *Heſychius*: Ὀκρίβαντας. ἐμβάτας. Idem: Ὀκρίβαλον. σχῆμα ἡνιόχου. *Suidas*: Ὀκρίβας. σχῆμα ἡνιόχου. In utroque ſcribendum: Ὀκρίβας. τὸ βῆμα ἡνιόχου. Inter pictorum inſtrumenta ὀκρίβαντα recenſet *Pollux* VII. 129. X. 163. Verbis λέγει γοῦν τις, *Timaeus* veterem Grammaticum laudat, ſententiae ſuae aſtipulatorem. Aliter haec interpungit *Montfaucon.* Bibl. *Coiſl.* p. 480. Vereor, ut ſatis recte. Pro λόγιον in *Timaeo* malim λογεῖον.

6. Ὁμηρίδαι.] Ion. p. 143. F. Phaedr. p. 347. B. Polit. X. p. 512. G. Gloſſa quoque eſt apud *Photium* Lex. MS. & *Suidam.*

7. Ὁμόσε.] Euthyphr. p. 48. D. ἀλλ' οὐδὲν αὐτῶν

χρὴ

Ὁμόγνιοι θεοί [8]. ὅσοι συγγενείας κοινῆς ὀργιάζουσιν.

Ὁμο-

χερὴ φροντίζειν, ἀλλ' ὁμόσε ἰέναι. Theaet. p. 124. C. Καὶ ὁμόσε, οἶμαι, χωρήσει, καταφρονῶν ἡμῶν. Euthydem. p. 224. B. τὼ δὲ ἀνδρειοτάτω ὁμόσε ἴτην τοῖς ἐρωτήμασιν. Polit. X. p. 517. B. Ἐὰν δέ γε τις ὁμόσε τῷ λόγῳ τολμᾷ ἰέναι. Haec loquendi ratio fluxit ab *Homero* Il. N. 337. Ὡς ἄρα τῶν ὁμόσ' ἦλθε μάχη, ubi bene *Euſtath.* p. 935. Ὅρα ὅτι οὐκ εἶπεν, ὁμόσε ἦλθεν ἡ μάχη, λαβόντες ἀρχὴν Ἀττικοὶ, ἐπὶ παρασκευῆς πολεμικῆς, ἢ καὶ ἄλλης ἐναντιωματικῆς τὸ ὁμόσε τιθέασι, λέγοντες· ὁμόσε ἦλθεν ὁ δεῖνα τῷ δεῖνι, τουτέστιν, ἀντικατέστη ὡς εἰς πόλεμον. Sane apud *Thucydidem*, *Xenophontem*, *Polybium*, aliosque Hiſtoricos nihil hac formula eſt frequentius. Adde *Harpocrat.* v. Ὁμόσε ἰέναι, & *Petr. Victorium* Var. Lect. VIII. 19.

8. Ὁμόγνιοι θεοί.] Etſi *Photius* Lex. MS. in hanc lectionem conſentit, tamen pro ὅσοι legendum puto, οἷς οἱ, *quibus*, ut cognatorum praeſidibus, *cognati communiter ſacra faciunt*, inde apud *Polluc.* III. 5. dicti θεῶν ὁμογνίων κοινωνοὶ καὶ τῆς αὐτῆς ἑστίας μέτοχοι. Eodem modo correxit Cl. *Toupius* Cur. noviſſ. in *Suid.* p. 108. qui, dum ſcribit, eam lectionem me feſelliſſe, oſtendit, ſe Addenda ad *Timaeum*, in quibus eam propoſueram, non inſpexiſſe. Sed talia commemorare piget. Gloſſa pertinet ad Legg. V. p. 605. D. ξυγγένειαν δὲ καὶ ὁμογνίων θεῶν κοινωνίαν ἅπασαν ταὐτοῦ φύσιν αἵματος ἔχουσαν τιμῶν τις καὶ σεβόμενος εὔνους ἂν γενεθλίους (ſic leg. ex *Stob.* p. 434.) θεοὺς εἰς παίδων αὐτοῦ σπορὰν ἴσχοι κατὰ λόγον. quem locum imitatur *Julianus* Or. II. p. 86. A. & Fragm. p. 291. D. *Sophocles* Oed. Col. v. 1328. Πρὸς νῦν σε κρηνῶν, πρὸς θεῶν ὁμογνίων Αἰτῶ πιθέσθαι καὶ παρεικάθειν. *Dionyſ. Halic.* A. R. Lib. VI. p 357. τῆς ἁμαρτίας αὐτοῖς ἀξιμένης ἀφιέναι θεῶν ὁμογνίων ἕνεκα. *Maxim. Tyr.* Diſſ. XXVI. p. 313. Οὗτος θεῶν γαμηλίων τε καὶ ὁμογνίων καὶ γενεθλίων θεσμὸς, ἐπὶ πάσῃ ζώων φύσει τεταγμένος. Lapis apud *Murator.* Inſcript. p. LXXXV. 7. *Diis Laribus Capeticorum gentilitatis*, &c. niſi potius hic *gentilitas* pro ὁμοφυλία

ca-

Ὁμοτέρμονες [9]. οἱ ὁμοῦ τὰ τέλη ἔχοντες, οἷον οἱ γείτονες· ὁμοῦ γὰρ ἔχουσι τὰ τέρματα.

Ὀργᾷ [10]. ἐπείγεται, ἐπιθυμεῖ.



capienda ſit. Crebra inprimis apud Veteres mentio eſt Διὸς ὁμογνίου, *gentilitii, cognationes conglutinantis*; quem *Dio Chryſoſt.* Or. I. p. 8. D. nimis argute ſic dictum exiſtimat διὰ τὴν τοῦ γένους κοινωνίαν τοῖς θεοῖς τε καὶ ἀνθρώποις. *Plato* Legg. IX. p. 663. E. ὁ δὲ μὴ ἀμύνων, ἀρᾷ ἐνεχέσθω Διὸς ὁμογνίου καὶ πατρῴου κατὰ νόμον. *Euripid.* Androm. V. 920. Ἀλλ' ἀντομαί σε, Δία καλοῦσ' ὁμόγνιον. *Muſonius* apud *Stob.* p. 670. πῶς δ' οὐχὶ καὶ εἰς τοὺς πατρῴους θεοὺς ἐξαμαρτάνοιμεν ἄν, καὶ εἰς τὸν ὁμόγνιον Δία, ταῦτα πράττοντες; ὥσπερ γὰρ ὁ περὶ ξένους ἄδικος, εἰς τὸν ξένιον ἁμαρτάνει Δία, καὶ ὁ περὶ φίλους, εἰς τὸν φίλιον· οὕτως ὅστις εἰς τὸ ἑαυτοῦ γένος ἄδικος, εἰς τοὺς πατρῴους ἁμαρτάνει θεοὺς, καὶ εἰς τὸν ὁμόγνιον Δία, τὸν ἐπόπτην τῶν ἁμαρτημάτων τῶν περὶ τὰ γένη. *Syneſius* Ep. 94. p. 233. οὐ μὰ τὸν ὁμόγνιον τὸν ἐμόν τε καὶ σόν. quod expreſſum eſt ex illo ſuaviſſimo *Platonis* Alcib. I. p. 27. F. Μὰ τὸν φίλιον τὸν ἐμόν τε καὶ σὸν, ὃν ἐγὼ ἥκιστ' ἂν ἐπιορκήσαιμι. *Plutarch.* T. II. p. 679. D. 758. D. Schol. *Sophocl.* ad Ajac. v. 492. *Jovem* ὁμόγνιον *Euripid.* apud *Polluc.* III. 5. συγγένιον vocat. Vide *Jo. Grammium* Hiſt. Deor. ex *Xenoph.* p. 16.

9. Ὁμοτέρμονες.] Legg. VIII. p. 648. D. μὴ κινείτω γῆς ὅρια μηδεὶς, μήτε οἰκείου πολίτου γείτονος, μήτε ὁμοτέρμονος, ἐπ' ἐσχατιᾶς κεκτημένος ἄλλῳ ξένῳ γειτονῶν. *Dionyſ. Halic.* A. R. Lib. I. p. 7. συνήψατο τοῦ πρὸς τοὺς ὁμοτέρμονας πολέμου. Lib. V. p. 316. ἐλῄστευον γὰρ ἐξ αὐτῶν τινες τοὺς ὁμοτέρμονας ἀγρούς. Lib. I. p. 21. XI. p. 686. Gloſſae partem tantum excerpſit *Suidas*.

10. Ὀργᾷ.] Ὀργᾷν proprium eſt *terrae, quae* (ut *Virgilii* verbis utar Georg. II. 324.) *vere tumet, & genitalia ſemina poſcit*; vel *plantarum, quae turgent, & ad maturitatem pervenerunt.* *Herodot.* Lib. IV. 199. πρῶτα μὲν γὰρ τὰ παραθαλάσσια τῶν καρπῶν ὀργᾷ ἀμᾶσθαί τε καὶ τρυγᾶσθαι. & mox: καὶ ὁ ἐν τῇ κατυπερτάτῃ τῆς γῆς πεπαίνεταί τε καὶ ὀργᾷ. Ex hoc



Digitized by Google

Ὀργάζας [11]. μαλάξας.

Ὀρ-

hoc ipſo loco gloſſa, quam explicamus, fluxiſſe videtur. *Philoſtrat.* Lib. II. Icon. 17. p. 837. & ex eo *Ariſtaenet.* Lib. I. ep. 3. p. 19. βότρυς δὲ οἱ μὲν ὀργῶσιν, οἱ δὲ περκάζουσιν. *Pollux* I. 230. Ἐπὶ φυτῶν καὶ δένδρων καρποφόρων ἐρεῖς, ἀκμάζειν, ὀργᾷν, σπαργᾷν, βρύειν. Quam notionem docte explanavit *P. Victorius* Var. Lect. XVIII. 22. Deinde hoc verbum translatum eſt ad eos, *qui Veneris cupiditate turgent, ſubant, & vel ad faciendum, vel ad patiendum geſtiunt.* *Ariſtophan.* Lyſiſtr. v. 1115. αἳ λάβοι γέ τις Ὀργῶντας, ἀλλήλων τε μὴ πειρωμένους. *Philo* T. II. p. 22. πρὸς ὀχείας ὀργᾷ. ut *Mangejus* recte ſcripſit pro ὁρμᾷ. *Aelian.* H. A. Lib. I. cap. 26. Ὀργῶσι δὲ ἐπὶ τὰς θηλείας καὶ οἱ θαλάττιοι κάνθαροι. VIII. 1. X. 27. *Longus* L. III. p. 106. πρός τε τὰ φιλήματα ὤργα, καὶ πρὸς τὰς περιβολὰς ἐσκυλάκιζε. Ibid. p. 108. καὶ οὐδὲν, ὧν ἕνεκα ὤργα ποιεῖν, ἐπιστάμενος. ubi vide *Gothofr. Jungermannum.* *Julian.* Or. V. p. 171. D. ἀεὶ δὲ ὀργάζει τὴν γένεσιν. Corrige: ἀεὶ δὲ ὀργᾷ εἰς τὴν γένεσιν. *Syneſ.* de Provid. p. 91. B. ὤργα τε ἄνθρωπος, καὶ βιαιότατος ἦν ἐπιθέσθαι μίξεσιν. Ibid. p. 107. C. *P. Petit.* ad *Aret. Cappadoc.* p. 166. Crebro etiam ſumitur pro *ardenti cujuscunque rei conſequendae ſtudio.* *Aeſchyl.* Agamemn. v. 223. Παρθενίου θ' αἵματος ὀργᾷ, Περιόργως τ' ἐπιθυμεῖ Ἄρτεμις. Choëph. v. 452. Τὰ δ' αὐτὸς ὀργᾷ μαθεῖν. *Thucydides* Lib. I. 21. ὧν ἠκροᾶτο ὡς ἕκαστος ὤργητο. Sic pro ὥρμητο ex libris ſcriptis legendum docuit *Joſ. Waſſius* in *Duker.* Praef. *Dio Chryſoſt.* Or. XXXVI. p. 444. D. καὶ τούσδε ὁρῶ πάντας ὀργῶντας πρὸς ἐκεῖνον τὸν λόγον. *Dio Caſſ.* Lib. XLVII. p. 517. *Phrynichus* MStus: Ἀκοῦσαι ὀργῶ. σημαίνει τὸ πάνυ ἐπαίρομαι πρὸς τὸ πρᾶξαί τι ἢ ἀκοῦσαι. Adde *Foëſ.* Oeconom. *Hippocr.*

11. Ὀργάζας.] Vide ſup. v. Μιτρίας ὠργασμένος.

12. Ὀρ-

Ὀργάς [12]. ἡ εὔγειος, καὶ λιπαρὰ, καὶ ἀκμαία.
Ὀργιάζων [13]. θύων, ἐπιτελῶν.
Ὀρέξαι [14]. δοῦναι, ἀποτεῖναι.

Ὀρ-

12. Ὀργάς.] In gloſſae fine vel addendum ex *Suida* γῆ, vel intelligendum. *Callimachus* apud *Etymol. M.* p. 629. 32. ὀργάδα explicat τὴν μελάγγειον καὶ ἔνυδρον γῆν. Lexicon Rhet. MS. Ὀργάς. τὰ ἱερὰ χωρία καλοῦνται, τὰ ἀφιερωμένα τοῖς θεοῖς. Omnium optime *Helladius* Chreſtomath. p. 19. Ὀργὰς μὲν κοινῶς πᾶσα ἡ γῆ, ὅση ἐπιτηδεία πρὸς καρπῶν γονάς. Ὀργάδα δὲ ἰδίως ἐκάλουν οἱ Ἀθηναῖοι, τὴν τοῖν θεαῖν ἀνειμένην τῆς Ἀττικῆς μεταξὺ καὶ τῆς Μεγαρίδος. *Euripid.* Rheſ. v. 282. Καὶ πᾶς πρὸς Ἴδης ὀργάδας πορεύεται. Bacch. v. 340. 445. Electr. v. 1163. *Satyrus* Anthol. L. IV. p. 460. Ποιμενίαν ἄγλωσσος ἀν' ὀργάδα μέλπεται ἀχώ. ubi plura *Jo. Brodaeus*. *Clem. Alexandr.* Paedag. Lib. III. p. 252. καὶ προτεμενίσματα ἐξήσκηται, ἄλση τε καὶ ὀργάδες. *Heliodor.* Lib. X. p. 457. 458. 461. Marmor vetus apud *Boubierium* Epiſt. Epigraph. p. 240. Μίλης ἐν ὀργάδι χῶμα τὸ σῶμα καλύπτει. Vide *Harpocrat.* in v. & *Valeſ.* in Not. *Mauſſ.* p. 314. *Duker.* ad *Thucyd.* L. I. 139. *Phrynichi* MS. locum huc pertinentem ſup. v. Μετρίως ὀργασμένος attulimus. Vox in *Platone* deleta videtur.

13. Ὀργιάζων.] Phaedr. p. 346. D. καὶ ἐτελεῖτο τελετῶν ἣν θέμις λέγειν μακαριωτάτην· ἣν ὠργιάζομεν ὁλόκληροι μὲν αὐτοὶ ὄντες. ubi *Hermias* Scholiis MSS. τὸ τὰ ὄργια μετιέναι καὶ τὰ μυστήρια Ὀργιάζειν λέγει. Ibid. p. 347. D. ὡς θεὸν — κατακοσμῶν, ὡς τιμήσων τε καὶ ὀργιάσων. Legg. IV. p. 601. C. μετὰ θεοὺς δὲ τούσδε, καὶ τοῖς δαίμοσιν ὅ γ' ἔμφρων ὀργιάζοιτ' ἄν· ἥρωσι δὲ μετὰ τούτους. ἐπακολουθοῖ δ' αὐτοῖς ἱδρύματα ἴδια πατρῴων θεῶν κατὰ νόμον ὀργιαζόμενα. X. p. 674. fin. μὴ κεκτῆσθαι θεῶν ἐν ἰδίαις οἰκίαις ἱερά· τὰ δὲ φανέντα κεκτημένον ἕτερα καὶ ὀργιάζοντα, πλὴν τὰ δημόσια, &c. quem locum laudavit *Suidas* v. Ὀργιῶνες, ubi male Νόμων τετάρτῳ ſcribitur pro Νόμων δεκάτῳ. Idem tranſcripſit *Timaei* gloſſam.

14. Ὀρέξαι.] Phaedon. p. 402. B. καὶ ἅμα ὤρεξε τὴν κύλικα τῷ Σωκράτει. *Lucian.* Deor. Dial. V. p. 215. καὶ ἐπισταμένως ὀρέγει τὸ ἔκπωμα.



Li-

Digitized by Google

Ὀργιασταί[15]. οἱ τὰ μυστήρια ἐπιτελοῦντες.

Ὀρχήστρα[16]. τὸ τοῦ θεάτρου μέσον χωρίον, καὶ τόπος ἐπιφανὴς εἰς πανήγυριν, ἔνθα Ἁρμοδίου καὶ Ἀριστογείτονος εἰκόνες.

Ὅσια[17]. τὰ ἰδιωτικὰ, καὶ μὴ ἱερά.

Ὀστᾶ.

*Liban.* Opp. T. I. p. 55. C. αὐτὸς ἂν ὀρέξῃ τὸ φάρμακον. Ibid. p. 16. B. Sed hoc verbum ubique reperitur. Vide *Salmaſ.* in *Epictet.* & *Simplic.* p. 27. Pro λοιποτῆναι ſcribe προτεῖναι.

15. Ὀργιασταί.] Haec vox non extat in *Platone.* Gloſſam *Photius* recepit in Lex. MS.

16. Ὀρχήστρα.] Apolog. p. 362. G. ἃ ἔξεστιν ἐνίοτε, εἰ πάνυ πολλοῦ, δραχμῆς ἐκ τῆς ὀρχήστρας πριαμένοις, Σωκράτους καταγελᾶν. *Photius* Lex. MS. Ὀρχήστρα πρῶτον ἐκλήθη ἐν τῇ ἀγορᾷ, εἶτα καὶ τοῦ θεάτρου τὸ κάτω ἡμίκυκλον, οὗ καὶ οἱ χοροὶ ᾖδον καὶ ὠρχοῦντο εἰς τὴν ὀρχήστραν· ἔτι γὰρ τὴν θέαν οὐκ εἶ τ' (ſic) ἐκεῖ, φησὶν ὁ Κωμικός. Idem: Ὀρχήστρα. τὸ νῦν τοῦ θεάτρου λεγόμενον σίγμα. Quarum gloſſarum poſterior etiam eſt in Lexico Rhet. MS.

17. Ὅσια.] Legg. IX. p. 653. D. μηδὲν διαφέρειν τῷ κλέπτοντι, μέγα ἢ σμικρὸν ὑφελομένῳ, καὶ ἐξ ἱερῶν ἢ ὁσίων. Ibid. p. 662. B. γυμνάσαιέ τε αὐτοῖς καὶ ἐστιοῦχον καὶ θεραπευτὴν ὁσίων τε καὶ ἱερῶν ἐπ' ἀμείνοσι τύχαις γίγνεσθαι τῆς πατρίδος. Polit. I. p. 416. G. καὶ ἱερὰ καὶ ὅσια, καὶ ἴδια καὶ δημόσια. ubi vide Scholiaſten. Marmor. Arundell. II. 58. Μισθώσθω δὲ ὁ ταμίας τῶν ὁσίων προσόδων τὰς οἰκίας. quod recte de *publico aerario* accipi, loci contextus oſtendit. *Dio Caſſius* cum alibi, tum Lib. LI. p. 636. πολὺν δὲ καὶ πλοῦτον ἔκ τε τῶν ἐκείνων κτημάτων, καὶ ἐκ τῶν ἄλλων καὶ ὁσίων καὶ θείων ἤθροιζε. *Liban.* Opp. T. I. p. 894. A. κατελύοντο δὲ νόμοι, καὶ ἱερὰ καὶ ὅσια. *Heſychius* & *Photius* Lex. MS. Ὁσίους θαλάμους. τοὺς μὴ θείους, ἀλλ' ἀνθρωπίνους. Lexicon Rhetor. MS. Ὅσιον. τὸ ἰδιωτικὸν καὶ τὸ ἀνθρώπινον, οἷον πρὸς ὃ ἐφεῖται βαδίζειν, οἷον ἔσιον, καὶ παρ' ὃ βέβηλον καλεῖ) τὸ βάσιμον. ἄλλοι δὲ, τὰ δημόσια. Vide quos laudat *Albertus* ad *Heſych.* in v. Hanc vocem merito dixeris interpre-

Ὄττα[18]. Φήμη, μαντεία καὶ διὰ κληδόνος.

Οὐκ

pretum ſcopulum: ad quem cum etiam *Jo. Taylorus* ad *Lyſiam* offendiſſet, poſt, a *Dorvillio* ad *Charit.* p. 112. erroris admonitus, vocis vim tam erudite declaravit ad *Aeſchinem* in Timarch. p. 90. nihil ut aliorum induſtriae reliquum feciſſe videatur. Ex *Timaeo* gloſſam ſumſit *Photius* Lex. MS.

18. Ὄττα.] *Timaei* gloſſa ſic legitur apud *Suidam*: Ὄττα, καὶ ὄσσα. φήμη, μαντεία, θεία κληδών. Jam etſi θεία κληδὼν recte dicitur, ut apud *Max. Tyr.* Diſſ. XXXV. p. 415. & *Etymol. M.* p. 635. 50. nunc tamen ſequar *Timaei* lectionem, confirmatam a *Photio* Lex. MS. ubi etiam καὶ bene omittitur, & defenſam a *Pierſono* ad *Moerid.* p. 280. Huc adde Scholiaſten *Platonis*: Ὄτταν. φήμην, μαντείαν διὰ κληδόνος. καὶ Ὀττεύεται, τὸ μαντεύεται. ubi in MSS. eodem errore, quo in *Moeride* l. c. ante *Pierſoni* editionem, ὀπτεύεται pro ὀττεύεται ſcribitur. Ὄσσαν, vel Attice ὄτταν, memini *T. H.* explicare *vocem divinitus miſſam*, quae ſaepe quidem ad aures accidat, ſed plerumque in animum illapſa, tacitum praeſagii ſenſum commoveat, quo quis vel ad agendum impellatur, vel a propoſito deterreatur. *Homer.* Od. A. 282. Ἦν τις τοι εἴπῃσι βροτῶν, ἢ ὄσσαν ἀκούσῃς Ἐκ Διός. *Apollon. Rhod.* I. 1087. Ἀκταίης ὄρνιθος ἐναίσιμον ὄσσαν ἀκούσας. ubi vide Schol. Tum *rumor eſt incertus, qui quod nullum auctorem habeat, divinitus exiſtere putatur.* Iccirco ὄσσαν, Διὸς ἄγγελον vocat Poëtarum princeps Il. B. 94. & Od. Ω. 412. *Apollon. Rhod.* III. 1110. ἔλθοι δ' ἡμῖν ἀπόπροθεν ἠέ τις ὄσσα, Ἠέ τις ἄγγελος ὄρνις. Denique accipitur pro *tacita mentis divinatione, ominatione*, aliquando pro *omine ipſo. Plato* Legg. VII. p. 632. D. quo *Timaeus* reſpexit: ἆρ' οὐκ ἂν ἀθυμίαν καὶ κακὴν ὄτταν καὶ μαντείαν πατρί τι καὶ τοῖς ἄλλοις ἂν οἰκείοις φθέγγοιτο ἐντιθείς; *Aelian.* H. A. Lib. XII. cap. 1. καὶ τὴν τούτων δαῖτα πιστεύουσιν εἶναί σφισιν ὄτταν ἀγαθήν. Lib. XVI. cap. 16.

 ἵκα-

Οὐκ ἄλλως προνοεῖ [19], ἢ μάτην.

Οὐκ

ἕκαστος τῶν ἢ δεισιδαίμων ἐνύπνιον, ἢ ὄτταν τινὰ, ἢ φήμην, ἢ ὄρνιν οὐκ εὔεδρον ὑφορωμένων. *Porphyrius* de Abſt. Anim. L. II. p. 92. καὶ δι' ὀνειράτων καὶ δι' ὄττης ἀγαθοὶ δαίμονες προτρέποντες, καὶ μηνύοντες τὸ ἀποβησόμενον. Hinc ὄσσεσθαι, & Attice ὀττεύεσθαι, *inſtinctu quodam ſecreto futura praeſagire, augurari, ominari.* quam ſignificandi vim attingit *Joſ. Scaliger* ad *Senec.* Thyeſt. v. 605. *Phrynichus* MStus: Ὀττόμενος, Ὄττα, Ὠττευόμην, τὸ σημαῖνόν ἐστιν ἐπιψηφίζων (l. ἐπιφημίζων) καὶ οἰωνιζόμενος. *Plutarch.* de Iſ. & Oſir. p. 36. καὶ μάλιστα ταῖς τούτων ὀττεύεσθαι κληδόσι παιζόντων. *Aelian.* H. A. Lib. I. cap. 48. καὶ ὀττεύονταί γε πρὸς τὴν ἐκείνου βοὴν αἱ συνιέντες ὀρνίθων καὶ ἕδρας καὶ κλαγγάς. Lib. III. cap. 9. Οἵ τε ἕδρας ὀρνίθων καὶ πτήσεις παραφυλάττοντες, οὐκ εὐσύμβολον εἰς μαντείαν ὀττεύουσιν εἶναί φασιν. Sic veteres ad unum omnes. At *Dionyſius Halicarn.* ὀττεύεσθαι & ὀττεία in deteriorem partem dixit pro *abominari, religioni ducere.* Vide Ant. Rom. Lib. II. p. 91. Lib. IX. p. 581. aliosque locos in *Sylburgiano* Indice notatos. Quam vim eidem verbo per jocum riſumque tribuit *Lucian.* Lexiph. p. 340. ὀττευόμεθα οὖν μηδὲ ὅλως ἐντυγχάνειν αὐτῷ. Huc aſſumenda ſunt ea, quae de vocibus φήμη & κληδὼν perdocte copioſeque diſputavit *Wyttenbachius* Bibl. Crit. Vol. III. P. 1. p. 57.

19. Οὐκ ἄλλως προνοεῖ.] Variant in hujus gloſſae ſcriptura & *Photius* MS. & *Suidas.* Prior ita exhibet: Οὐκ ἄλλως ποιεῖ). Poſterior hoc modo: Οὐκ ἄλλως ποιεῖται. *Photii* lectio placet *Kuſtero.* Recte. Pertinet enim gloſſa ad Phaedr. p. 338. G. καὶ φιλοτιμουμένους ἐπιδείκνυσθαι πρὸς ἅπαντας, ὅτι οὐκ ἄλλως αὐτοῖς πεποίηται. ut *Euripid.* Hippol. v. 301. ἄλλως τούσδε μοχθοῦμεν πόνους. Ἄλλως pro *fruſtra* tritiſſimum eſt. Cratyl. p. 276. A. Ἐμοὶ μὲν δοκεῖ ἄλλως ἂν οὗτος ταῦτα φθέγξασθαι. Phaedon. p. 401. D. ταῦτά μοι δοκῶ αὐτῷ ἄλλως λέγειν. Axioch. p. 731. B. μὴ συνιεὶς ἄλλως γέ πως μέγα αἰσθήσειν. Vide *Hemſterh.* ad *Lucian.* Contempl. p. 488. & ad *Ariſtoph.* Plut. p. 269. *Phrynichus* MS.

Ἄλλως

Ἄιδειν ὅμοια. σημαίνει τὸ μάτην λέγειν. τὸ γὰρ ᾄδειν ἐπὶ τοῦ μάτην λέγεις. Lege & diſtingue: Ἄιδειν ἄλλως, ὅμοια σημαίνει τῷ μάτην λέγειν. τὸ γὰρ Ἄλλως ἐπὶ τοῦ μάτην λέγεται. Proverbium ex Append. Vat. I. 3. Ἄλλως ᾄδεις ἔχων. ἀντὶ τοῦ, μάτην λέγεις, καὶ ληρεῖς. ubi ἄλλως eodem errore elapſum reſtituit *Valckenarius* ad *Herodot.* IV, 77. *Zenobius* I. 72. Ἄλλως ᾄδεις. ἐπὶ τῶν μάτην πονούντων. Ad hoc proverbium alluſit *Ariſtaenetus* I. 27. πολλὰ τὴν ἐμὴν συνωρὶδα διέρχεται μάτην· ᾄδει δὲ ἄλλως, καὶ τοῖς ἐμοῖς ὠσὶν ἀπιθάνως. ubi tolle μάτην, tanquam explicationem vocis ἄλλως. *Suidas*: Οὐχ ἄλις. οὐ ματαίως. Corrigendum: Οὐκ ἄλλως. Saepe ἄλλως ponitur pro *temere, nullo certo conſilio.* Criton. p. 371. C. ὅτι ἄλλως ἕνεκα λόγου ἐλέγετο. Phaedon. p. 384. A. ἄλλως ἂν ὁ λόγος οὗτος εἰρημένος εἴη. *Lucian.* Deor. Dial. XX. p. 255. ἄλλως ἠρόμην. ubi vide *Hemſterh.* Quam notionem multis exemplis illuſtravit *Jac. Perizonius* ad *Aelian.* V. H. II. 13. p. 106. Denique ἄλλως exquiſitiore ratione ſic cum nominibus jungitur, ut ejus vis non aliter, quam Latino *prorſus*, vel *non niſi*, exprimatur. Theaetet. p. 128. G. ὅτι οὐ λῆροι εἰσὶ, γῆς ἄλλως ἄχθη, ἀλλ' ἄνδρες. *non niſi pondera terrae.* Quod Scholiaſtes ductum eſſe monet ex *Homerico*, ἐτώσιον ἄχθος ἀρούρης, Il. Σ. 104. *Platonem* imitatur *Heliodor.* V. p. 247. ὁ δὲ πρεσβύτης, ἄχθος μὲν τηνάλλως. ubi omnino ſcribendum: ἄχθος μὲν γῆς ἄλλως. Polit. VI. p. 457. D. οὕτω γὰρ ἂν ἡμεῖς δικαίως καταγελῴμεθα, ὡς ἄλλως εὐχαῖς ὅμοια λέγοντες. *Euripides* apud *Lycurg.* in Leocrat. p. 220. Μὴ χρήματ' ἄλλως ἐν πόλει πεφυκότα. *Demoſthen.* de F. L. p. 123. οἱ δὲ ἀντιλέγοντες, ὄχλος ἄλλως, καὶ βασκανία κατεφαίνετο. quem floſculum ex eo carpſit *Dio Chryſ.* Or. LV. p. 561. C. καὶ ὄχλον ἄλλως καὶ φλυαρίαν ἡγοῦνται. *Ariſtides* Oratione in Leptinem, quam nuper edidit *Jac. Morellius*, vir egregie eruditus, p 88. λόγος ἄλλως ἅπαντα ταῦτ' οἶμαι δόξει. *non niſi fabula.* *Dio Caſſ.* LXVII. p. 1101. ἀλλὰ τοῦτο μὲν καλλώπισμα ἄλλως ἦν. *Julian.* Or. III. p. 118. B ματαίας ἄλλως ὑποψίας. De hac vocis poteſtate non poenitebit legiſſe *Jo. Toupium* ad *Longin.* p. 167.

20. Οὐκ

C ... ἐτησίως γεγραφὼς, ὐ ματαίως. ... ἐν αἰνιγμῷ, ὐκ ἐν ἀλληγο... ἐν ὑπονοίᾳ[21].

Οὐχ

20. Οὐκ ἐτ... ] Repone: Οὐκ ἐτ... ἐν ἐτησίοις. Sed corrupto verbo γεγραφὼς quomodo medear, in praeſenti non reperio. Polit. III. p. 443. H. Οὐκ ἐτὸς ... τὸ ψεῦδος λέγειν. ... ἔφη δ' ἐγὼ, εἰκότως. Polit. VIII. p. 501. C. Οὐκ ἐτὸς ἥ τε τραγῳδία ὅλως σοφὸν ... Ad utrumque locum Scholia videnda. Anaxilas apud Athen. Lib. X. p 416. F. Οὐκ ἐτὸς ἱματῖα περισσεύοντες τινές. Philetaerus apud eundem L. XIV. p. 572. D. Οὐκ ἐτὸς ἑταίρας ἱερὸν ἐςι πανταχοῦ. Ariſtoph. Pluto v. 404. Acharn. v. 410. &c. Themiſt. Or. II. p. 34. D. A Platone locutionem ſumſit Hermias Scholiis MSS. in Phaedrum: Οὐκ ἐτὸς γὰρ καὶ ὁ παρὰ τῷ Εὐριπίδῃ (Hec. v. 497.) Ταλθύβιος φησί· Γέρων μὲν εἰμὶ, ἀλλ' ὅμως θανεῖν ἔχρηζον. Addo Photii gloſſam e Lex. MS. ut ex ea Suidas caſtigetur: Οὐκ ἐτός. οὐκ ἀπεικότως, (Suidas male. Οὐκ ἐτῶς, ἢ οὐκ εἰκότως) ἢ οὐ μάτην, παρὰ τὸ ἐτώσιον, ὅ ἐςι μάταιον. οἱ δὲ, οὐκ ἀλόγως.

In Codice Timaei, teſte Villoiſono ad Longum p. 179. manus recentior ad hanc gloſſam adſcripſit: Οὐ καταλέλειπται. οὐ κατελείφθη.

21. Οὐκ ἐν ὑπονοίᾳ.] Quam recentiores ἀλληγορίαν dicunt, veteres ὑπόνοιαν dixiſſe, pulcre monet Plutarch. de aud. Poët. p. 19. E. οὓς (μύθους) ταῖς πάλαι μὲν ὑπονοίαις, ἀλληγορίαις δὲ νῦν λεγομέναις, παραβιαζόμενοι καὶ διαστρέφοντες ἔνιοι. Ex quo loco recte argumentum duxit H. Valeſ. de Critic. I. 9. p. 157. quo probaret, Allegorias Homericas, quae ſub Heraclidis nomine circumferuntur, non veteri illi Pontico, ſed alteri recentiori, Heraclidi eſſe tribuendas. Plato Polit. II. p. 430. B. θεομαχίας ὅσας Ὅμηρος πεποίηκεν, οὐ παραδεκτέον εἰς τὴν πόλιν, οὔτ' ἐν ὑπονοίαις πεποιημένας, οὔτ' ἄνευ ὑπονοιῶν. ὁ γὰρ νέος, οὐχ οἷός τε κρίνειν ὅ, τι τε ὑπόνοια, καὶ ὃ μὴ, &c. quem locum laudans Olympiodorus Scholiis MSS. in Gorgiam, ὑπόνοιαν item ἀλληγορίαν interpretatur. Dionyſ. Hal.

Τίχ-

Οὐχ ἥκιστα[22]. πάνυ· ὡς Πορφύριος[23] ἐν τῷ πρὸς τοὺς ἀπὸ τοῦ νοῦ χωρίζοντας τὸ νοητόν· διενεχθέντες γὰρ πρὸς ἀλλήλους τὸ παρηγμένον αὐτῶν τῆς δόξης οὐχ ἥκιστα.

Ὄφλειν.

Τέχνη p. 51. καὶ γὰρ οὐδὲν πλέον τοῦ καθ' ὑπόνοιαν λέγειν. *Alciphron* Lib. II. ep. 4. p. 248. καὶ ἀτρέμα δι' ὑπονοιῶν Αἰγυπτίοις θίλων ἀστεϊσμοῖς σε διατωθάζειν. *Menander* Rhetor p. 598. μὴ γὰρ τοῦτο, εἰ καὶ καθ' ὑπόνοιαν εἴρηται, πρὸς ἄλλο τι ἔχει ὀρθῶς. *Origenes* contr. Celſ. L. IV. p. 189. ἆρα μόνοις Ἕλλησιν ἐν ὑπονοίᾳ ἔξεστι φιλοσοφεῖν; *Syneſ.* Dion p. 53. A. σπαράττειν τὸ θεῖον ἅπαν ταῖς ἀτόποις ὑπονοίαις περὶ αὐτοῦ. Hanc loquendi rationem attigerunt *Caſaubon.* ad *Sueton.* Veſp. 13. & *Mangejus* ad *Philonem* T. I. p. 304. T. II. p. 180. ſed abunde illuſtravit *Budaeus* Comm. L. Gr. p. 913. In *Timaei* Codice manus recentior huic gloſſae adjecit verba, οὐκ ἐν ὑπολήψει, ut teſtatur *Villoiſon.* l. c.

22. Οὐχ ἥκιστα.] Pro πάνυ MS. οὐ πάνυ. Vide notata ad v. Ἥκιστα. Sophiſt. p. 148. init. καὶ δὴ καὶ τὸν ξένον οὐχ ἥκιστα θεὸν συναπαδὸν γεγονέναι. Politic. p. 182. A. Ταύτης τε οὐχ ἥκιστα αὐτῆς ἕνεκα τῆς δυσχερείας. Protag. p. 193. B. Εὖ ἔμοιγε ἔδοξεν· οὐχ ἥκιστα δὲ καὶ τῇ νῦν ἡμέρᾳ. Cratyl. p. 271. D. καὶ οὐχ ἥκιστα αἱ γυναῖκες, αἵπερ μάλιστα τὴν ἀρχαίαν φωνὴν σώζουσι. Sympoſ. p. 317. D. Phaedon. p. 402. D. Polit. II. p. 428. H. &c. Recte igitur Atticis adſcribit *Moeris* p. 281.

23. Πορφύριος] *Plotinus* librum ſcripſerat, ὅτι οὐκ ἔξω τοῦ νοῦ τὰ νοητά· cui alium oppoſuit *Porphyrius*, ὅτι ἔξω τοῦ νοῦ ὑφέστηκε τὸ νόημα. Sed poſt in *Plotini* ſententiam conceſſit, publice retractans ſuam. Quae de ſe ipſo commemorat *Porph.* de Vita *Plotini* p. 123. Illa Palinodia hic laudari videtur. Neque quicquam cauſſae eſt, quare haec ſcripta cum *Luc. Holſtenio* de Vita *Porphyr.* cap. X. p. 269. vel ſuppreſſa ab ipſo auctore, vel una cum eo periiſſe putemus. *Porphyrii* verba, & mutila &

Ὄφλειν[24]. ἡττᾶσθαι ἐπὶ δικαστηρίῳ.
Ὄχθας[25]. γῆς ἀναστήματα.

## Π.

Παιανίζαι[1]: τὸν Παιᾶνα ἐπικαλεῖσθαι. ἦν δὲ ἔθος καὶ ἐπὶ ἔργου ἀρχομένους, καὶ ἐπὶ τῇ νίκῃ τοῦτο λέγειν.

Παι-

corrupta, ſic redintegranda videntur: διενεχθέντες δὲ πρὸς ἀλλήλους διὰ τὸ παρηλλαγμένον αὐτῶν τῆς δόξης οὐχ ἥκιστα. Ceterum in praef. demonſtravimus, hunc *Porphyrii* locum non a *Timaeo* eſſe allatum, ſed a ſtudioſo quodam lectore primum margini adſcriptum, mox, ut fieri ſolet, in textum irrepſiſſe.

24. Ὄφλειν.] Legg. V. p. 611. G. ὁ δὲ ὄφλων, ἄλλο τοσοῦτον μέρος ἀποτίζει. VI. p. 614. H. ἐὰν δὲ ὁ φεύγων ὄφλῃ, τῶν κοινῶν κτημάτων μὴ μετεχέτω. IX. p. 660. C. X. p. 673. G. Frequens etiam eſt plena locutio, ὄφλειν δίκην. Hipp. Maj. p. 100. C. Apolog. p. 368. C. Legg. VIII. p. 648. E. & alibi ſaepe. *Pollux* VIII. 22. *Moeris* p. 426. & ibi *Pierſon*. Pro ἐπὶ *Photius* Lex. MS. & *Suidas* legunt ἐν.

25. Ὄχθας.] Ὄχθους ſcribit *Oudendorpius* ad *Thom. M.* p. 667. inductus a Grammaticis, qui ὄχθη de *ripa*, ὄχθος de *tumulo* dici volunt. Sed quam vanum hoc diſcrimen ſit, oſtendunt viri Graece doctiſſimi, *Villoiſonus* & *Tollius* ad *Apollon.* Lex. *Homer.* in v. Vox in *Platone* quaerenda.

1. Παιανίζαι.] In mendoſam Cod. ſcripturam, ἐπὶ ἔργου ἀρχομένους, & *Photius* Lex. MS. & *Etymol. M.* p. 657. 18. conſentiunt. Quae lectio conflata videtur ex duobus Grammaticis, quorum alter ſcripſerat, ἔργου ἀρχομένους, alter, ἐπὶ ἔργον ἐρχομένους.

Lexi-

Παιδουργία [2]. παιδοποιΐα.

Παλιναίρετα [3]. Φευκτὰ, ἔκβλητα, τὸ ἐναντίον πρὸς αὐτῇ τῇ αἱρέσει πάθος ἐμποιοῦντα. σημαίνει δὲ καὶ τὰ πάλιν αὖτα ἐν Τιμαίῳ· παλιναίρετα γάρ φησι γεγονότα πάντα καὶ διεφθαρμένα.

Πα-

Lexicon Bibl. *Coiſlin.* p. 238. Παιανίζειν. — ἦν δὲ ἔθος γὰρ ἔργου ἀρχομένου (l. — νους) τοῦτο λέγειν. At *Suidas*, in ceteris conveniens, legit: — ἐπὶ ἔργον ἐρχομένους, ut *Timaeum* quoque ſcripſiſſe arbitror. Axioch. p. 729. C. εὐθύμως μανονουχὶ παιωνίζοντας εἰς τὸ χρεὼν ἀπιέναι. Epiſt. VII. p. 721. F. παιᾶνα τινὰ ἀναβοήσαντες βάρβαρον καὶ πολεμικόν. Legg. III. p. 594. F. θρήνους δὲ τις ἂν αὐτοὺς μάλιστα ἐκάλεσε· καὶ παιᾶνας, ἕτερον. Sympoſ. p. 317. A. ἄλλοις μέν τισι θεῶν ὕμνους καὶ παιᾶνας εἶναι ὑπὸ τῶν ποιητῶν πεποιημένους. ubi MS. Pariſin. & Scholiaſtes, παιῶνας. *Athenaeus* IV. p. 179. D. laudans locum ex eodem Sympoſ. p. 316. E. pro ᾄσαντας τὸν θεὸν poſuit παιωνίσαντας. *Ariſtophan.* Pac. v. 554. Ἀλλὰ πᾶς χώρει πρὸς ἔργον εἰς ἀγρὸν παιωνίσας. ubi vide Schol. Non abutar otio in pluribus colligendis. Ut παιὰν & παιὼν promiſcue ſcribitur, ſic etiam παιανίζειν & παιωνίζειν. Vide *Daviſ.* ad *Maxim. Tyr.* Diſſ. XXXV. p. 622. & *Weſſeling.* ad *Diodor. Sic.* XIII. 16.

2. Παιδουργία.] Legg. VI. p. 623. C. καὶ πρὸς τούτοις δεῖ μὴ τῶν σωμάτων διακεχυμένων ὑπὸ μέθης γίγνεσθαι τὴν παιδουργίαν. Unde vocem excerpſit *Pollux* III. 14. Gloſſula quoque eſt apud *Phot.* Lex. MS. & *Suidam.*

3. Παλιναίρετα.] Apud *Photium* Lex. MS. ſic legitur haec gloſſa: Παλιναίρετα. Φευκτὰ, ἔκκλιτα, τὸ ἐναντίον τῇ αἱρέσει πάθος ἐμποιοῦντα. σημαίνει δὲ καὶ παλ. . . . . ἐν Τιμαίῳ· παλιναίρετα γὰρ &c. ſcilicet p. 548. E. παλιναίρετα γὰρ πάντα γεγονότα καὶ διεφθαρμένα, τό, τε αἷμα αὐτὸ πρῶτον διόλλυσι, καὶ αὐτὰ οὐδεμίαν τροφὴν ἔτι τῷ σώματι παρέχοντα, &c. *Timaei* gloſſam praeclare explicat & emendat praeceptor meus ſuaviſſimus: ,, Primum τὸ ,, ἐν. πρὸς αὐτῇ τῇ αἰ. hunc ,, ſenſum habent: *quae* ,, *con-*

Παλίμβολος 4. ὕποπτος καὶ ὕπουλος, πολυμετάβολός τε, καὶ ἐπὶ μιᾷ γνώμῃ μὴ μένων.

Πα-

,, contrarium in ipſa ele-
,, ctione adfectum excitant
,, mentique inſinuant: odii
,, ſcil. & fugae, ut quae
,, modo videbare probatu-
,, rus electurusque, nunc
,, averſo animo fugias ac
,, vites. Senſus paullum
,, differt in Photii lectio-
,, ne, adfectus optioni vel
,, electioni contrarius. Tum
,, voci corruptae nihil pro-
,, pius invenio quam πα-
,, λίσσυτος vel παλίσσυτος· ea
,, fere poteſtate capien-
,, dum in Platone: dixe-
,, rat, quo motu liquorum
,, juſto & naturali ὑγιαίνειν
,, ξυμβαίνῃ τὰ πολλά· at ſi
,, contraria via retro agan-
,, tur, ſanguinem corrum-
,, pi, nutricemque virtu-
,, tem interire &c. Idem
,, paene παλινάγρετος, quod
,, ſimili modo Numenius
,, Pythagoricus uſurpavit
,, apud Euſeb. Praep.
,, Euang. XV. p. 819. καὶ
,, γεννητὸς καὶ παλινάγρετος. ite-
,, rumque de Arceſilao p.
,, 730. A. ἔλεγε καὶ ἀντέλεγε
,, καὶ μετεκυλινδεῖτο κἀκεῖθεν —
,, παλινάγρετος καὶ δύσκριτος καὶ
,, παλίμβολός τε ἅμα &c."

Hactenus ille. Ceterum vocem παλιναίρετος omnium eruditiſſime expoſuit Harpocration, Pindarum,' etiam docens, aedificia, quae diruta fuerint, & rurſus inſtaurata, παλιναίρετα appellaſſe. Quo fortasſe etiam referendum illud Phrynichi Σοφισ. Παρασκ. MS. Παλιναίρετα. τὰ ἐκ καταλύσεως οἰκοδομίας παλαιᾶς εἰς ἑτέραν ἀσφαλῆ οἰκοδόμησιν ἐμβαλλόμενα. Heſychius: Παλιναίρετον. ἐπεσκευασμένον καὶ οἷον ἐκ παλαιοῦ κεκαινοποιημένον, παλισύῤῥαπτον. Vulgo minus recte ſcribitur παλινσύγγραπτον. His accedat Suidas: Παλιναίρετα. τὰ ἐπεσκευασμένα, καὶ οἷον ἐπίγραφα· οὐ καινὰ γάρ, οὐδὲ ὑγιῆ. Eadem fere παλίμβολα vocat Nicander apud Athen. IX. p. 370. A. ἡ μὲν ἔοικε Πέλμασιν οἷσι πέδιλα παλίμβολα κασσύουσιν. ubi πέδιλα παλίμβολα ſunt calcei interpolati, non calcei mutatorii, ut cum interprete accepit Spanhemius ad Ariſtoph. Plut. v. 662. Comici apud Polluc. VI. 164. παλίμπηγα, clavis ſuppacta, dicunt τὰ παλαιὰ κασσύματα.

4. Παλίμβολος.] Proprie

ſer-

Παρακαταβολή [5]. πρόσθεσις τοῦ δεκάτου μέρους τοῦ τιμήματος.

Πα-

*ſervus nequam*, ὁ πολλάκις ἐπ' ἐμπολῇ μεταβεβλημένος, παλίμπρατος. Sic optime *Harpocration*, leviter emendatus ex *Phot*. Lex. MS. Vide *Euſtath*. ad Od. A. p. 1415. & *Heſych*. in v. Deinde *quilibet veterator*, *callidus*, *vafer*, *fallax*. Gloſſa fluxit ex loco nobiliſſimo Legg. IV. p. 596. D. ἐμπορίας γὰρ καὶ χρηματισμοῦ διὰ καπηλείας ἐμπιπλᾶσα ἑαυτὴν ἤθη παλίμβολα καὶ ἄπιστα ταῖς ψυχαῖς ἐντίκτουσα. *Dio Chryſoſt*. Orat. XXXI. p. 321. A. φαίνεται τοὺς ἀγαθοὺς ἄνδρας ὑγιεῖς, καὶ μηδὲν παλίμβολον ἔχοντας, μηδὲ δυσχερές· ἀλλὰ πλεῖστον ἀπάτης καὶ πονηρίας ἀπηλλαγμένους. Ibid. D. conjunxit παλίμβολα & παλίμπρατα. *Plutarch*. Craſſo p. 555. D. δολερὸς καὶ παλίμβολος ἀνήρ. *Ariſtides* Tom. I. p. 444. ἆρ' οὐκ αἰσχρὸν καὶ παλίμβολον ἣν ἀποδράντας τῇ ὑστεραίᾳ &c. *Liban*. Opp. Tom. II. p. 126. D. ἀντὶ τῶν ἀτάκτων, εὐπειθεῖς· ἀντὶ τῶν παλιμβόλων, βεβαίους. *Themiſt*. Orat. XXI. p. 247. B. ἀλλ' ὡς κακοῦργόν τινα καὶ παλίμβολον, μαστιγοῦν παραδόσιτε. *Ariſtaenet*. Lib. I. ep. 28. *Albinus* apud *Fabric*. B. Gr. Vol. II. p. 44. Πάλιν in his compoſitis *contrarium*, vel *vitium* denotare, docent *Valckenar*. ad *Euripid*. Phoeniſſ. 1346. & *Toupius* Emend. in *Suid*. T. III. p. 3. Poſt Παλίμβολος in margine Codicis ſcriptum eſſe, Πῆγμα. τραγικὴ σκηνή. monet Cl. *Villoiſonus* ad *Long*. p. 180.

5. Παρακαταβολή.] Codex MS. δεκαμέρους, pro quo rectius *Photius* Lex. MS. & *Suidas* δεκάτου μέρους. Contra male *Suidas* πρόσθεσις dedit pro πρόθεσις. *Pollux* VIII. 32. Παρακαταβολὴ, ὅτις ἀντιλέγοι, ὡς αὐτὸς δικαιότερος ὢν ἔχειν τὸν κλῆρον ἐξ ἀγχιστείας, ἢ διαθηκῶν. παρακατέβαλε δὲ τῆς οὐσίας τὸ δέκατον, ὡς προτεισοίσων, ἂν ἡττηθῇ. Lexicon Rhet. MS. Παρακαταβολὴ καὶ Παρακαταβάλλειν. ἀργύριον ἐστὶ καταβαλλόμενον ἐπὶ τῶν ἀμφισβητουμένων χρημάτων δεδημοσιευμένων πρὸς τὴν πόλιν, ἢ κλήρων, ἢ ἐπικλήρων πρὸς ἰδιώτας, εἰ ἡττηθεῖεν εἰς τὴν δίκην. cui conſentit *Harpocration* in v. ubi vide *Mauſſac*. & *Valeſ*.

Παραταχθείς [6]. παρ' αὐτὸν ταχθείς.

Παράστασις [7]. στάσις παρά τινα ἄτιμος· γίνεται δὲ ἐπὶ τῶν χρεωφειλετῶν.

Παρατενεῖς [8]. ἀπολεῖς, ἐπὶ πλέον παρελκύσεις.

Πάρ-

leſ. Grammaticus MS. qui Δικῶν ὀνόματα collegit: Παρακαταβαλεῖν. τὸ διδόναι ἐγγύας, ὅτι δικαίως ἀπαιτεῖ. Ex *Platone* hanc vocem non annotavimus.

6. Παραταχθείς.] Reſpicit Polit. VIII. p. 496. F. ἰσχνὸς ἀνὴρ, πένης, ἡλιωμένος, παραταχθεὶς ἐν μάχῃ πλουσίῳ ἐσκιατροφηκότι. Gloſſa quoque eſt apud *Phot.* Lex. MS. & *Suidam.*

7. Παράστασις.] Legg. IX. p. 652. F. θάνατον δὲ, ἢ δεσμοὺς, ἢ πληγὰς, ἤ τινας ἀμόρφους ἕδρας, ἢ στάσεις, ἢ παραστάσεις εἰς ἱερὰ ἐπὶ τὰ τῆς χώρας ἔσχατα &c. Hic locus obverſabatur *Dioni Caſſ.* Lib. LV. p. 790. ἕδραι τε ἄτιμοι, καὶ στάσεις ἐπονείδιστοι, τό, τε προλυπηθῆναι καὶ τὸ προφοβηθῆναι, συχνοὺς βελτίους ἐποίησε. ut recte monuit *Iſ. Caſaubonus*, de hoc poenae genere exquiſita tradens, ad *Sueton.* Auguſt. cap. 24. Pro παρά τινα *Suidas* habet παρά τινος. Mox *Photius* Lex. MS. γίνεται δὲ καὶ ἐπί.

8. Παρατενεῖς.] Lyſide p. 106. C. παραταθήσεται ὑπὸ σοῦ ἀκούων θαμὰ λέγοντος. Euthyd. p. 227. F. καὶ τὼ ἄνδρε γελῶντε καὶ κροτοῦντε καὶ χαίροντε, ὀλίγου παρετάθησαν. Sympoſ. p. 329. E. καὶ ἕτοιμά ἐστιν ὑπὲρ τούτων καὶ διαμάχεσθαι τὰ ἀσθενέστατα τοῖς ἰσχυροτάτοις, καὶ ὑπεραποθνήσκειν, καὶ αὐτὰ τῷ λιμῷ παρατεινόμενα, ὥστ' ἐκεῖνα ἐκτρέφειν. *Xenophon* Memorab. Socrat. III. p. 163. ὡς παρετάθη μακρὰν ὁδὸν πορευθείς. *Philo* T. II. p. 112. παρατείνει λιμῷ τοὺς γαστέρας. *Plutarch.* Tom. II. p. 117. F. ταῖς τοῦ σώματος αἰκίαις παρατεινομένους. *Ariſtides* Tom. I. p. 313. καὶ παρατετάμενοι πρὸς τὸ συμβησόμενον. Levi mendo liberandus eſt *Eunapius* Aedeſ. p. 41. ὅτι δῆμος ὑπὸ λιμοῦ παραθέντες, συνήεσαν εἰς τὸ θέατρον. Scribe, ὑπὸ λιμοῦ παραταθέντες. ut p. 153. καὶ πολλῷ καμάτῳ παρετείνοντο. Verbi vim ſuo more, id eſt, egregie ex-

Πάρεστιν 9. ἐκ παντὸς δυνατόν ἐστιν.

Παρίεμαι 10. παραιτοῦμαι.

Παρ-

explanavit *Caſaubonus* ad *Athen.* IV. 14. p. 285. attigit etiam *Valckenarius* ad *Euripid.* Phoeniſſ. v. 1691. Simplex τείνεσθαι eadem fere ſignificatione eſt apud *Chariton.* Lib. I. p. 4. ἡμεῖς δὲ ἐτάθημεν αὐλείοις θύραις παραγρυπνοῦντες. ubi vide *Dorvillium.* Pro Παρατινεῖς *Photius* MS. errore manifeſto exhibet Παρατενθεῖς. *Suidas* vero, Παρατινθεῖς, quod bene correxit *Kuſterus.*

9. Πάρεστιν.] Gorg. p. 281. C. & alibi. Mox: Παρόν. ἐξὸν, δυνατὸν, δέον. Utraque gloſſa eſt apud *Photium* Lex. MS. & *Suidam.*

10. Παρίεμαι.] Hujus rariſſimae notionis ratio, nondum, quod ſciam, explicata, pendet ab indole Mediorum. Ut ἵημι & ἐφίημι eſt *mitto*, ἵεμαι & ἐφίεμαι, *mihi mitti volo*, id eſt, *cupio*, *peto*, ſic παρίημι, *admitto*, παρίεμαι, *ad me admitti volo*, id eſt, *precor*, *deprecor*. Apolog. p. 358. E. καὶ μέν τοι καὶ πάνυ, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, τοῦτο ὑμῶν δέομαι καὶ παρίεμαι. quod ipſe *Plato* per παραιτοῦμαι poſt explicat p. 363. A. ὅπως κατ' ἀρχὰς ὑμᾶς παρῃτησάμην. *H. Stephanus*, quamvis dubitans de lectionis ſanitate, bene tamen comparavit Polit. I. p. 415. F. πρὸς ταῦτα κακούργει καὶ συκοφάντει, εἴ τι δύνασαι. οὐδέν σου παρίεμαι. quem locum reſpexit *Phrynichus* MS. οὐδὲν σοῦ παρίεμαι. οὐδὲν παραιτοῦμαι, οὐδὲν ἀποτρέπομαι. Idem verbum olim extitit Legg. V. p. 610. F. At nunc gloſſa ejus locum occupat: ἰδιώτῃ δ' ἂν ἄρα ποτὲ ἀνάγκη τις γίγνηται ἀποδημεῖν, παραιτησάμενος μὲν τοὺς ἄρχοντας ἀποδημείτω. Sed vetus & legitimum παρέμενος reſtituendum eſt ex Codicibus Pariſino & Leidenſi, in quibus perſpicue ſcriptum legitur: παρέμενος μὲν τοὺς ἄρχοντας ἀποδημείτω. Lexicon MS. in Bibl. Regia: Παραιτοῦμαί σε, καὶ Παρῃτήσατο αὐτὸν, καὶ Παρῃτήσατο τὸ πρᾶγμα, οὐ δεῖ λέγειν, ἀλλ' οἷον ὅτι Παραιτοῦμαί σε συγγνώμην ἔχειν, καὶ Παραιτοῦμαί σε μὴ χαλεπαίνειν. Ξενοφῶν· τοὺς μὲν θεοὺς παραιτήσῃ συγγνώμονας σοὶ εἶναι. λέγουσι δὲ ἐπὶ τοῦ αὐτοῦ Παρίεμαι. *Longinus* Art. Rhet. p. 714. inter verba, quae orationem illuminent, etiam

παρ-

Πάρνοψ [11]. ἀκρίδος εἶδος.

Παρνησός [12]. ὄρος μεταξὺ Βοιωτίας καὶ τῆς Ἀττικῆς.

Παρόν [13]. ἐξὸν, δυνατὸν, δέον.

Πατρούχου παρθένου [14]. τῆς ὀρφανῆς καὶ ἐπικλήρου, ᾗ προσήκει τὰ τοῦ πατρὸς ἔχειν.

Πα-

παρείας recenſet: τό τε παραιτήσασθαι Παρείας. Sic ſcribendum pro παρειᾶς. *Timaei* gloſſam in Lexica ſua receperunt *Photius* MS. & *Suidas*.

11. Πάρνοψ.] Gloſſa videtur aliunde huc irrepſiſſe.

12. Παρνησός.] Gloſſa ducta eſt e Critia p. 560. C. καὶ τὸ κατὰ τὴν ἄλλην ἤπειρον, μέχρι τοῦ Κιθαιρῶνος καὶ Πάρνηθος τῶν ἄκρων. Ex quo loco perſpicuum eſt, in *Timaeo* pro Παρνησὸς ſcribendum eſſe Πάρνης, quamvis *Photius* Lex. MS. & Scholiaſtes ad h. l. pravam ſcripturam ſervent. Vide *Strabon.* Lib. IX. p. 613. *Stephan. Byz.* in v. Scholiaſt. Comici ad Nub. v. 322. ad Acharn. v. 347. & *Joſ. Waſſ.* addend. ad *Thucyd.* p. 671. In *Senecae* Hippol. v. 4. *Parnetha* etiam reſtituit *Joſ. Scaliger.* Hunc montem *Holſten.* ad *Steph.* etiam Πάρνηθον dici affirmat. Sed falſa ſunt teſtimonia, quibus nititur vir magnus. Nam in *Heſychio* Πάρνηθος non rectus caſus eſt, ſed genitivus, jungendus cum ὄχθος. At in *Etymol. M.* p. 361. 31. pro ὑπὸ τὴν Πάρνηθον *Kuſterus* ad *Suid.* Tom. I. p. 819. legendum docuit ὑπὲρ τοῦ Πάρνηθος. Solus igitur reſtat locus *Etymol.* p. 352. 50. ubi quis eſt, quin pro τοῦ Παρνήθου, una literula mutata, τοῦ Πάρνηθος ſcribere malit? Hanc correctionem poſt e MS. firmavit *Valckenarius* ad *Herodot.* V. 62. *Heſychium* vero *Parnetha* cum *Parnaſſo* confudiſſe, monuit *Iſ. Caſaubon.* ad *Perſii* Prolog. p. 10.

13. Παρόν.] Vide ſup. v. Πάρεστιν. Cl. *Villoiſonus* ad *Longum* p. 180. ait, poſt hanc vocem in Codicis margine ſcriptum eſſe: Μόνον, καὶ ἀντὶ τοῦ πλὴν, καὶ οἷον πότερον.

14. Πατρούχου παρθένου.] Ex *Hero-*

Πατρονομούμενοι[15]. οἱ τοῖς γονικοῖς νόμοις χρώμενοι, ἢ ὑπὸ τῶν πατέρων ἀρχόμενοι.

Πάχνη;

*Herodoto* Lib. VI. 57. πατρούχου τε παρθένου πέρι, ἐς τὸν ἱκνέεται ἔχειν, ἢν μή περ ὁ πατὴρ αὐτὴν ἐγγυήσῃ. Cum Gloſſographo noſtro, quem *Photius* Lex. MS. & *Suidas* compilarunt, *Pollux* III 33. aliique Grammatici conſentiunt. Scholiaſtes *Platonis* ad Legg. I. p. 567. E. Κλῆρός ἐστι κτημάτων οὐσία τις, ἢ λαχμός, ἢ μέρος τι γῆς· ὅθεν καὶ Κληροῦχοι, οἱ ταῦτα κατέχοντες. Ἐπίκληρος δέ ἐστιν ἡ ἐπὶ κλήρῳ παντὶ καταλελειμμένη παῖς, ὀρφανὴ πατρὸς καὶ μητρός, ἀδελφῶν τε οὖσα ἔρημος. τινὲς δὲ ταύτην καὶ Ἐπιπλαματίδα καὶ Πατροῦχον καλοῦσιν. Cujus gloſſae poſterior pars etiam eſt apud Scholiaſt. *Ariſtoph.* ad Av. v. 581. ubi viri docti ex *Heſychio* certatim corrigunt Ἐπιπαματίδα. Quae Attice ἐπίκληρος, ἐπικληρῖτις, ἔγκληρος, & πατροῦχος, Dorice dicebatur αὐτοπάμων, ἐμπάμων, ἐπιπαμᾶτις, ἐπιπάμων· de quibus nominibus divinitus *Ti. Hemſterhuſ.* ad *Heſych.* Tom. I. p. 1197. & ad *Thom. M.* p. 346. Eadem a Doribus πάμωχος, pro παμοῦχος, dici potuit: Certe πάμωχος eſt, *qui totam hereditatem poſſidet.* *Heſychius*: Πάμωχος. ὁ κύριος. Ἰταλοί. Inde verbum παμωχέω, Laconice παμωχιῶ, *poſſideo*, apud eundem *Heſychium* in v. & in eximiis illis Tabulis Heracleenſ. I. vſ. 120. de quo, praeter *Mazochium*, vide *Ed. Corſinum* Proleg. in Notas Gr. p. 20. & *Gisb. Koenium* ad *Gregor.* de Dialect. p. 105. Et, quoniam Doricas voces, a πάομαι derivatas, attigimus, addamus conjecturam in *Heſychio*: Πάμπανον. ἡ Δημήτηρ, ἐν Ἡρακλείᾳ. Lege: Παμπάμων. *omnia poſſidens, dives.* Quod aptiſſimum Cereri epitheton eſt. Vide eundem v. Πολύβοια.

15. Πατρονομούμενοι.] Legg. III. p. 586. G. διὰ τὸ τὴν ἀρχὴν αὐτοῖς ἐκ πατρὸς καὶ μητρὸς γεγονέναι, οἷς ἑπόμενοι, καθάπερ ὄρνιθες, ἀγέλην μίαν ποιήσουσι, πατρονομούμενοι, καὶ βασιλείαν πασῶν δικαιοτάτην βασιλευόμενοι. Paulo ante: ἀλλ' ἔθεσι καὶ τοῖς λεγομένοις πατρί-

Πάχνη[16]. δρόσος πεπηγυῖα. Κρύσταλλος δὲ, τὸ ὑπὸ κρύους συνεσταλμένον καὶ πεπηγός.

Πειρῶντα[17]. πειράζοντα διὰ λόγων παῖδα ἢ γυναῖκα.

Πέλα-

τοῖς νόμοις ἑπόμενοι ζῶσιν. *Suidas*, fortaſſe ex alio Lexico *Platonico*: Πατρονομούμενοι. οἱ τοὺς παρὰ τῶν πατέρων παραδιδομένους νόμους τηροῦντες. Longe alia apud Laconas poteſtas erat vocis πατρονομία & πατρονόμος. Scilicet ſic dicebatur *magiſtratus*, *ad quem rerum cura*, *quae quodammodo paterna erat*, *pertineret*; de quo vide *Ed. Corſin.* Diſſert. V. poſt Not. Graec. p. 95. Pro γονικοῖς, προγονικοῖς corrigit *Valckenarius* ad *Euripid.* Hippol. v. 826. Rectiſſime.

16. Πάχνη.] Tim. p. 538. C. τὸ μὲν ὑπὲρ γῆς μάλιστα παθὸν ταῦτα, χάλαζα· τὸ δ' ἐπὶ γῆς, κρύσταλλος· — τὸ δ' ἐπὶ γῆς ξυμπαγὲν, ἐκ δρόσου γενόμενον, πάχνη λέγεται. Sympoſ. p. 321. E. καὶ γὰρ πάχναι καὶ χάλαζαι καὶ ἐρυσίβαι, &c. Ibid. p. 533. B. ἀνυπόδητος δὲ διὰ τοῦ κρυστάλλου ῥᾷον ἐπορεύετο ἢ οἱ ἄλλοι ὑποδεδεμένοι. Vide ſup. v. Ἐρυσίβη. Gloſſam deſcripſit *Photius* Lex. MS.

17. Πειρῶντα.] Phaedr. p. 337. A. γέγραφε γὰρ δὴ ὁ Λυσίας πειρώμενον τινὰ τῶν καλῶν, οὐχ ὑπὸ ἐραστοῦ δέ. ubi *Hermias* Scholiis MSS. τὸ Πειρώμενον παθητικῶς ἀκουστέον, ἀντὶ τοῦ, πειραζόμενον παρά τινος, τουτέστι, προσπαιζόμενον καὶ προσβαλλόμενον. *Ariſtophan.* Plut. v. 150. Ὅταν μὲν αὐτὰς τὶς πένης πειρῶν τύχῃ. ubi vide *Berglerum*. *Satyrus* apud *Athen.* L. XII. p. 534. C. τὴν δ' Ἄγιδος γυναῖκα πειρῶν, ὡς ἑταῖραν. *Lucian.* Deor. Dial. VI. p. 217. μῶν οὖν ἐπείρα τινά; ubi exquiſita dedit magnus interpres. *Alciphron* Lib. III. Ep. 52. ὑποπειρᾶται γὰρ τὴν παλλακὴν τοῦ τῆς οἰκίας δεσπότου. *Photius* Lex. MS. Πειρᾶν. τὸ πειράζειν ἐπὶ φθορᾷ καὶ συνουσίᾳ. Μένανδρος. *Ariſtaenet.* L. I. Ep. 4. p. 32. Ibid. Ep. 7. p. 50. *Waſſ.* ad *Thucyd.* Lib. VII. 54. *Pierſon.* ad *Moerid.* p. 310. Eandem vim eſſe in Latino *tentare*, praeter alios multos, docet *Muretus*

ad

**Πέλανοι**[18]. πέμματα ἐκ παιπάλης καὶ ἐλαίου καὶ μέλιτος πεποιημένα πρὸς θυσίαν.

**Πέλτη**[19]. ὅπλον κοῦφον, ἴτυν οὐκ ἔχον, ἀλλ' ἐκ μόνης βύρσης γεγονός.

**Πελάτης**[20]. ὁ ἀντὶ τροφῶν ὑπηρετῶν καὶ προσπελάζων.

Πενε-

ad *Tibull.* I. 3. 73. *Suidas* poſteriora gloſſae verba, παῖδα ἢ γυναῖκα, praetermiſit.

18. Πέλανοι.] Legg. VI. p. 626. A. θύματά τε οὐκ ἦν τοῖς θεοῖσι ζῶα, πέλανοι δὲ καὶ μέλιτι καρποὶ δεδευμένοι, καὶ τοιαῦτα ἄλλα ἁγνὰ θύματα. Mirum, ni *Suidas* h. v. *Boëthi*, vel alterius, Lexicon *Platonicum*, magno bonarum literarum damno deperditum, compilarit: Πέλανοι. πέμματα ἐκ παιπάλης, τουτέστιν, ἀλεύρου λεπτοτέρου, εἰς θυσίαν ἐπιτήδεια· ὡς αὐτός φησι· (intellige *Platonem*) καρποὶ μέλιτι δεδευμένοι. Διονύσιος Θρᾳξί· Θεοῖς ἀπαρχαί τινες. &c. Sic ſi gloſſam capias, poteris carere *Kuſteri* conjecturis, quibus fruſtra quoque *Dionyſium*, Comicum, ab *Athenaeo* ſaepe laudatum, in *Dionyſium Thracem*, Grammaticum, commutavit. Mutila verba, Θεοῖς ἀπ. τινες, Comici ſint, an Gloſſographi, vix diſcernas. *Dionyſ. Halic.* A. R. Lib. II. p. 134. καὶ θύουσιν αὐτοῖς ἔτι, τῶν μὲν ἐμψύχων οὐδέν· οὐ γὰρ ὅσιον αἱμάττειν τοὺς λίθους· πελάνους δὲ Δήμητρος, καὶ ἄλλας τινὰς καρπῶν ἀπαρχάς. *Pauſan.* Lib. VIII. cap. 2. p. 600. καὶ ὁπόσα ἔχει ψυχὴν, τούτων μὲν ἠξίωσεν οὐδὲν θῦσαι, πέμματα δὲ ἐπιχώρια ἐπὶ τοῦ βωμοῦ καθήγισεν, ἃ πελάνους καλοῦσιν ἔτι καὶ ἐς ἡμᾶς Ἀθηναῖοι. *Porphyr.* de Abſt. Anim. L. IV. cap. 22. *Pollux* VI. 76. *Spanhem.* ad *Ariſtoph.* Plut. v. 660. & *Toupius* Emend. in *Suid.* T. I. p. 36.

19. Πέλτη.] Protag. p. 209. E. Τίνες δὲ πέλτας ἔχοντες; οἱ πελταστικοὶ, ἢ οἱ μή; Vide Scholiaſten ad Legg. VII. p. 637. G. *Timaeo* gloſſam ſublegit *Photius* Lex. MS.

20. Πελάτης.] Euthyphr. p. 48. H. πελάτης τις ἦν ἐμός· καὶ ὡς ἐγεωργοῦμεν ἐν τῇ Νάξῳ, ἐθήτευεν ἐκεῖ παρ' ἡμῖν. Qualem recentiores Graeci



ἐγο-

Πενεςικόν [21]. τὸ παρὰ Θετταλοῖς θητικὸν, ὡς τὸ Εἱλωτικὸν παρὰ τοῖς Σπαρτιάταις.

Πε-

ἐργολάβον vocabant. *Moeris* p. 324. Πελάτης, ὁ ὑφ' ἡμῶν ἐργολάβον. *Arrian.* Diſſ. *Epictet.* IV. p. 405. *Syneſ.* de Provid. p. 105. C. Horum, ut liberorum, multo honeſtior erat conditio, quam ſervorum. *Pollux* III. 82. Πελάται δὲ καὶ Θῆτες, ἐλευθέρων ἐστὶν ὀνόματα, διὰ πενίαν ἐπ' ἀργυρίῳ δουλευόντων. Icciрco quos Romani *clientes*, Graeci πελάτας vocant, ut *Dionyſ. Halic.* A. R. Lib. II. p. 84. *Plutarch.* Mario p. 408. C. Craſſo p. 556. B. Vide *Caſaubon.* in *Athen.* X. 12. p. 738. In *Suida*, gloſſam *Timaei* repetente, prave ſcribitur: Πελάτης. ὁ ἀντιτρέφων καὶ ὑπηρετῶν. in quo *Kuſterus* haerebat: item in Scholiis ad *Platonem* l. c. Πελάτης. ὁ ἀντιστροφῶν &c. Nunc clarum eſt, legendum eſſe: Πελάτης. ὁ ἀντὶ τροφῶν ὑπηρετῶν. Famuli, victum pro mercede capientes, alio nomine ἐπισίτιοι dicuntur a *Platone* Polit. IV. p. 445. B. καὶ ταῦτά γε ἐπισίτιοι, καὶ οὐδὲ μισθὸν πρὸς τοῖς σιτίοις λαμβάνοντες, ὥσπερ οἱ ἄλλοι. ubi Scholiaſtes: Ἐπισίτιοι, οἱ τροφῆς χάριν ἐργαζόμενοι. ut *Heſych.* & *Suidas*, quorum gloſſae ex hoc ipſo fonte fluxerunt. Eodem *Platonis* loco uſus eſt *Athenaeus* VI. p. 247. A.

21. Πενεςικόν.] Codicis MS. lectione nihil vidi inquinatius: Πεσικόν. τὸ παρὰ Θετταλοῖς θητικὸν πρὸς τὸ εἱλωτικὸν παρὰ τοῖς Σπάρλαις. Quae cum jam olim ita corrupta reperiſſet *Photius* Lex. MS. pluribus mendis cumulavit: Πεσικόν. τὸ πρὸς Θέτλαλον θητικὸν, ἢ τὸ Εἱλωτιζον παρὰ Σπαρτιάταις. Πενεςικὸν recte emendat vir doctus in *Photii* margine. Pro πρὸς nihil haeſitans ὡς in textum recepi. Lexicon Rhetoricum apud *Euſtath.* ad Il. B. p. 295. Ὥσπερ Εἵλωτες ἐν Λακεδαίμονι, οὕτω Πενέσται μὲν παρὰ Θετταλοῖς, οἱ μὴ γένει δοῦλοι, ἀλλὰ πολέμῳ. *Ammonius*: Πενέστης παρὰ Θεσσαλοῖς, ὁ κατὰ πόλεμον χειρωθεὶς, ὡς παρὰ Λάκωσιν οἱ Εἵλωτες. *Timaeus* reſpexit Legg. VI. p. 623. F. σχεδὸν γὰρ πάντων τῶν Ἑλλήνων ἡ Λακεδαιμονίων Εἱλωτεία πλείστην ἀπορίαν παράσχοιτ' ἂν καὶ ἔριν, τοῖς μὲν, ὡς εὖ, τοῖς δ', ὡς οὐκ εὖ γεγονυῖα

ἀτίμ.

ἔστιν. ἐλάττω δὲ ἤ τι Ἡρακλεωτῶν δουλεία τε τῶν Μαριανδυνῶν καταδουλώσεως ἔριν ἂν ἔχοι, τὸ Θετταλῶν τ' αὖ Πενεστικὸν ἔθνος. *Platonem* laudavit *Athenaeus* Lib. VI. p. 264. E. loco claſſico, ubi de Theſſalorum *Peneſtis*, & aliorum Graecorum ſervis multa recondita promit. *Peneſtarum* nomen *Suidas* turpiter depravavit: Ἐφέσται. ἔθνος Θεοσαλίας. Scribe, Πενέσται, ut recte legitur apud Scholiaſt. *Ariſtoph.* ad Veſp. 1264. quem *Suidas* deſcripſit: Πενέσται δέ φασι λέγεσθαι τὸ θητικὸν παρὰ τοῖς Θετταλοῖς. ἔθνος δὲ ἦν πάλαι, ἀπὸ Πενέστου τὴν ἐπωνυμίαν ἔχον, &c. De iisdem, & aliis ſervis locus eſt mire contaminatus in Etymologico MS. Bibl. Regiae: Εἵλωτες, οἱ Λακεδαίμονες ἐλεύθεροι. οἱ αὐτοὶ δὲ παρ' Ἀθηναίοις Θῆτες λέγονται· παρὰ Ἀργείοις Γυμνῆτες· παρὰ Θετταλοῖς Πενέσται· παρ' Ἀθηναίοις. παρὰ Κρησὶ Πελάται· παρὰ Σικορινίοις Κορωνιφάροι· παρὰ δὲ Συρακουσίοις Καλλικάριοι. Codex Ultraj. hujus Etymologici in paucis meliorem lectionem praebet: Εἵλωτες, οἱ μισθῷ δουλεύοντες ἐλεύθεροι. & mox κορυνιφάροι. Totus locus ita corrigendus: Εἵλωτες. οἱ παρὰ Λακεδαιμονίοις μισθῷ δουλεύοντες ἐλεύθεροι. οἱ αὐτοὶ δὲ παρ' Ἀθηναίοις Θῆτες καὶ Πελάται λέγονται· παρὰ Ἀργείοις Γυμνῆτες· παρὰ Θετταλοῖς Πενέσται· παρὰ Κρησὶ Κλαρῶται· (ab *Heſychio* etiam Κλάριοι dicti.) παρὰ Σικυωνίοις Κορυνηφόροι· παρὰ δὲ Συρακοσίοις Καλλικύριοι. Nunc ſingula videamus. Cum Attici ſervos & Θῆτας & Πελάτας vocent, deletis verbis παρ' Ἀθηναίοις, vocem Πελάται, quae Creticum Κλαρῶται expulit, in ſedem ſuam revocavi. Quanquam fateor, eam gloſſae partem ſic etiam emendari poſſe: παρ' Ἀρκαδίοις Πελάται· παρὰ Κρησὶ Κλαρῶται. *Theopompus* apud *Athen.* VI. p. 271. E. Ἀρκαδίους φησὶ κεκτῆσθαι Προσπελατῶν, ὥσπερ Εἱλώτων, τριάκοντα μυριάδας. Sed prior ratio magis placet. Pro Κλαρῶται ſi quis malit Μνωῖται, nihil repugno. Utrumque enim nomen Cretenſibus uſitatum fuit. Sicyonium Κορυνηφόρους confirmant *Pollux* & *Steph. Byz.* quorum loca ſtatim recitabo. Κορυνηφόροι non intelligendi ſunt *clava armati*, quales erant Piſiſtrati Κορυνηφόροι apud *Herodot.* I. 59. Nihil enim periculoſius eſſe poterat, quam ſervis arma committere. Qua de cauſſa Cretenſes, ut narrat *Ariſtoteles* Polit. II. 5. τἄλλα ταὐτὰ τοῖς δούλοις ἀφέντες, μόνον ἀπειρήκασι τὰ γυμνάσια, καὶ τὴν τῶν ὅπλων κτῆσιν. Sed Κορυνηφόρους

φόρους accipe *pedum paſtorale*, vel *baculum ruſticum geſtantes. Theocritus* Eid. VII. 18. ῥοικὰν δ' ἔχεν ἀγριελαίω δεξιτερᾷ κορύναν. Iidem Sicyoniorum ſive ſervi, ſive mercenarii, Κατωνακοφόροι appellati ſunt, quod veſtimento pellem ovinam ſubſutam habebant. *Theopompus* & *Menaechmus* apud *Athen.* l. c. tradunt, παρὰ Σικυωνίοις Κατωνακοφόρους καλεῖσθαι δούλους τινάς, παραπλησίους ὄντας Ἐπευνάκτοις. ut *Pierſonus* ad *Moerid.* p. 225. vulgatum Κατωνακοφόρους rectiſſime emendavit. Ex *Polluce* VII. 68. intelligitur, Sicyoniorum tyrannos, ſicut in Attica Piſiſtratidas, homines agreſtes, ſed amantiores libertatis, quam faex plebis urbanae eſſe ſolet, hoc tam vili & contemto veſtimento inſignes feciſſe, ut eos puderet urbem frequentare, & urbanis eſſe ludibrio. Syracuſanorum Καλλικύριοι ab aliis etiam Κιλλικύριοι dicuntur. Vide *Herodot.* VII. 155. & ibi *Valckenarium Photius* Lex. MS. Κιλλικύριοι ἐν Συρακούσαις τινὲς ἐκλήθησαν, οἱ ἀντὶ τῶν Γεωμόρων μέρος καταβάλλοντες τοῦ πολιτεύματος· οἷον Εἵλωτες, καὶ Πενέσται τινές. ubi pro καταβάλλοντες ſcribendum καταλαβόντες. Bene *Valckenarius* l. c. in *Heſychio* legit: Κιλλικύριοι. οἱ ἐπεισελθόντες Γεωμόροις. Sed eadem opera in *Zenobio* IV. 54. corrigendum erat: Οὕτως ἐν Συρακούσαις ἐκλήθησαν οἱ ἐπεισελθόντες Γεωμόροις Καλλικύριοι. *Cillicyrios* non Syracuſis, ſed Cretae tribuit Lexicon Rhetoricum apud *Euſtath.* l. c. Ὥσπερ Εἵλωτες ἐν Λακεδαίμονι, οὕτω Πενέσται μὲν, παρὰ Θετταλοῖς, οἱ μὴ γένει δοῦλοι, ἀλλὰ πολέμῳ. Κιλλικύριοι δὲ, ἐν Κρήτῃ· Μαριανδυνοὶ δὲ, ἐν Ἡρακλείᾳ τῇ Ποντικῇ. καὶ Ἀρόται, ἐν Συρακούσαις. Sed, ut Lexici auctor ceteris ſcriptoribus conſentaneus ſit, tranſpoſitione & emendatione juvandus eſt: Κιλλικύριοι δὲ, ἐν Συρακούσαις· Μαριανδυνοὶ δὲ, ἐν Ἡρακλείᾳ τῇ Ποντικῇ· καὶ Κλαρῶται, ἐν Κρήτῃ. Lectio Κλαρῶται etiam in mentem venit viro docto Miſc. Obſ. Nov. T. I. p. 78. *Pollux* III. 83. Μεταξὺ δὲ ἐλευθέρων καὶ δούλων, οἱ Λακεδαιμονίων, Εἵλωτες. καὶ Θετταλῶν, Πενέσται. καὶ Κρητῶν, Κλαρῶται, καὶ Μνῶται. καὶ Μαριανδυνῶν, Δωροφόροι. καὶ Ἀργείων, Γυμνῆτες. καὶ Σικυωνίων, Κορυνηφόροι. Mariandyni quomodo ab Heracleotis ſub jugum miſſi ſint, tradunt *Poſidonius* apud *Athen.* VI. p. 263. D. & *Strabo* XII. p. 817. Eorum ſervos Δωροφόρους etiam *Calliſtratus* apud *Athen.* l. c. & *Heſychius* v. dicunt. *Steph. Byz.* v. Χίοι· Οὗτοι δὲ πρῶτοι ἐχρή-

σαν-

Περιαγειρόμενοι νικηφόροι [22]. οἱ νικήσαντες ἐν δημοσίῳ ἀγῶνι, καὶ δῶρα παρὰ τῶν φίλων καὶ οἰκείων λαμβάνοντες, καὶ περιϊόντες.

Πε-

σαντο θεράπευσιν, αἷς Λακεδαιμόνιοι τοῖς Εἵλωσι, καὶ Ἀργεῖοι τοῖς Γυμνησίοις, (forte, Γυμνῆσι) καὶ Σικυώνιοι Κορυνηφόροις, καὶ Ἰταλιῶται τοῖς Πελασγοῖς, καὶ Κρῆτες Μνωίταις. Quem locum ſumſiſſe videtur a *Theopompo* apud *Athen.* VI. p. 265. B. Multa, quae huc afferri poſſent, ſciens praetermitto, quod bonam eorum partem occuparunt *Jo. Meurſius* Miſcell. Lacon. II. 7. Creta III. 14. & *Iſ. Caſaubon.* ad *Athen.* l. c. p. 458. Ceterum, antequam hujus diſputationis finem facimus, *Platonis* locum, quem ſupra poſuimus, iterum inſpiciamus. In eo vir eruditus Miſc. Obſ. Nov. l. c. legendum ſuſpicatur: ἐλάττω δ' ἤ τι Κλαρωτῶν δουλεία τῆς τῶν M. Sed locus obſcurus potius, quam corruptus, interpretationem, non correctionem, deſiderat: praeſertim cum *Athenaeus* l. c. vulgatam lectionem ſervet. Ἐλάττω non ad τῆς τῶν Μαριανδυνῶν καταδουλώσεως refertur, ſed ad antecedens Εἱλωτεία. Senſus eſt: *Magnam dubitationem afferat Lacedaemoniorum in Helotes imperium in utramque partem diſputantibus, benene, an ſecus inſtitutum ſit: minus dubitationis praebeat dominatio cum Heracleotarum in ſubjectos Mariandynos, tum Theſſalorum in Peneſtas.* Δουλεία ſunt ipſi ſervi, ut ſaepe θεραπεία, θεράποντες. Apud *Ariſtotelem* l. c. non modo δουλεία ſic dicitur, ſed etiam Εἱλωτεία pro *Helotibus*, ut hic a *Platone*, & Πενεστεία pro *Peneſtis.* Ergo δουλεία Ἡρακλεωτῶν τῆς τῶν Μαριανδυνῶν καταδουλώσεως ſunt ſervitium ſive ſervi Heracleotarum, qui extiterunt ex ſubjectione Mariandynorum. In hac ſententia me valde confirmavit conſenſus *Danielis Wyttenbachii*, cui tantum tribuo, quantum eruditorum, qui nunc ſunt, nemini.

22. Περιαγειρόμενοι νικηφόροι.] Polit. X. p. 521. fin. καὶ ἐπειδὰν τὰ ἆθλα αὐτῆς (δικαιοσύνης) κομιζώμεθα, ὥσπερ οἱ νικηφόροι περιαγειρόμενοι, καὶ ἐνθάδε, καὶ ἐν τῇ χιλιέτει πορείᾳ,

ἣν

Περιλεῖπον 23. περί τινα ἦσαν θεραπευτικῶς καὶ φυλακτικῶς.

Πετ-

ὢν διεληλύθαμεν, εὖ πράττωμεν. Optime Timaeus περιαγειρομένους exponit περιελθόντας· peſſime *H. Stephan.* Ind. Theſ. *a circumfluentium turba circumdatos.* Hunc *Platonis* locum laudat *Suidas* v. Ὥσπερ οἱ νικηφόροι, & v. Περιαγειρόμενοι. quae poſterior gloſſa, ſingulari eruditione referta, iisdem verbis legitur in *Photii* Lex. MS. & *Apoſtolii* Proverb. XV. 97. atque omnino vel ex *Boëthi*, vel ex alterius Lexico *Platonico* derivata videtur. De ἐπαγερμῷ, ſive more illo, quo ludorum gymnicorum victores circumeuntes munuſcula a ſingulis ſpectatoribus exigerent, palmaria eſt annotatio *Iſ. Caſauboni* ad *Sueton.* Neron. cap. 25. Hac autem in re proprium eſt ἀγείρειν, ἐπαγείρειν, περιαγείρεσθαι. *Aelius Dionyſius* apud *Euſtath.* ad Od. B. p. 1430. Ἀγείρειν, τὸ περιϊέναι καὶ περινοστεῖν ἐπὶ νίκῃ ἢ ἑτέρῳ τινὶ τοιούτῳ. quod etiam habet *Etymol. M.* p. 14. 33. Lexicon Sangerm. MS. v. Ἀγύρτης. τὸ δὲ Ἀγείρειν καὶ Περιαγείρειν, τὸ περιϊέναι καὶ περινοστεῖν, ἐπὶ νίκῃ, ἤ τινι ἑτέρῳ σεμνύνειν. *Philoſtrat.* V. A. Lib. V. p. 193. de Nerone: ὡς ἀντὶ τοῦ νομοθετεῖν νόμους ᾄδειν, καὶ ἀγείρειν ἔξω θυρῶν. Ibid. p. 195. τραγῳδίας ὑποκριτὰς τῶν οὐκ ἀξιουμένων ἀνταγωνίζεσθαι τῷ Νέρωνι, ἐπειδὴ τὰς ἑσπερίους πόλεις ἀγείρων. Apud *Aelian.* H. A. Lib. VI. cap. 10. Cynocephalus, ſaltare & tibia canere doctus, μισθὸν ἐπράττετο ὑπὲρ τούτων, καὶ τὸ διδόμενον εἰς φασκώλιον ἐμβαλὼν ἐξηρτημένον ἔφερεν, ὡς οἱ τῶν ἀγειρόντων δεινοί. quem locum bene explicat *H. Valeſ.* Emendat. V. 6. Vide ſup. v. Ἀγείρουσαν. Ad munuſcula hieronicis ingeſta, de quibus *Caſaubonus* l. c. pertinet gloſſa *Photii* Lex. MS. Πελληνικαὶ χλαῖναι. διάφοροι. καὶ τοῖς νικήσασι τὰ Ἕρμαια ἐδίδοντο. Qui locus hanc etiam ob cauſſam notandus eſt, quod firmat lectionem, inter Ἕρμαια & Ἥραια fluctuantem, apud Scholiaſt. *Ariſtoph.* ad Av. 1421. Pellenae celebrata eſſe Ἕρμαια, certum eſt e Scholiaſte *Pindari* ad Ol. VII. 156. IX. 147.

23. Περιλεῖπον.] Ex *Herodoto*, ni fallor, Lib. I. 73. ὃς τοὺς Σκύθας τούτους τὸ

μὲν

